† A D I V C N T. Aliter ab alio, ambiguè, directè, inconstanter, incedibiliter, de Part. Amicè, 2. Philip. Asperiùs, breuiter criminis, pro Cluent. Communiter, diu, esse, 2. de Inuent. Dialecticè, 1. Acad. Unius, hilare, literatè, rectè, turpiter, 2. de Orat. Dispersè & diffusè res, 1. de Inu. Familiarissimè, 11. Fam. Festinanter, 5. de Finib. Flagitiosè, 1. de Orat. Gracè Rhetor, Latinè Orator, ad Brut. Gracius, 1. de Mur. Honorificè, 5. Fam. Imperitissimè, pro Corn. Balbo. Languidius, 5. Tusc. Perfectè, 3. Verr. Rotundè ac aptè, splendide, 4. de Fin. Sanctè, pro Font.

‡ Syntaxis. Dicitur, Dicere peruersè, inconsideratè, timore, Latinè, plane, ex ordine, acerbè. Diem dicere, testimonium, à scripto, ad voluntatem. Causam dicere apud Senatum, cōtra sensus. Dicere leges, mensura, falsum testimonium, portenta, flagitia.

D I C R O T V M, genus nauigii, biremis, 5. Atti. 1. ὡφελη Rhodium, & dicrota Mityleneorum habebam, aliquid ēπινεπτον. 16. 4. Nam & ipse Domitius bona plane habet dicrota.

† A D I V N C. Bona, 16. Attic.

D I E T A M V S. 2. de N. 126. Herba, quæ dictamus vocatur, quæ gustata, sagittata excidere dicuntur ex corpore.

D I C T A T O R, magister populi, vt Varro scribit, 3. de Fini. 75. 5. de Leg. 81. Regio imperio duo sunt, & ibi de dictatore, & magistro equitum multa. 2. A. 87. Cæsar dictatori perpetuo M. Antonius consul populi iussu regnum detulit, pro Mil. 27. Iter eo dictator Lanuuij Milo. 9. Attic. 18. Volet Cæsar vt Coss. roget prætor, vel dictatorem dicat. 15. 2. 1. Quinto filio negotiorum dedit Antonius, vt cum dictatorem efficeret, pro Qu. Eniusti bona Sex. Alpheni L. Sylla dictatore vendente. 9. 18. Sylla poruit officere ab interrege vt dictator diceretur. 3. Q. Fr. 8. Ad interregnū comititia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis.

† A D I V N C. Perpetuus, proximus, 2. cont. Rull. Perspicuus & inuidius, 3. cont. Rull.

D I C T A T O R I V S, vt dictatorius gladius, pro Cl. 123.

D I C T A T A, quæ magistri pueris dicitant. 3. Q. Fr. 1. Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. 1. de Na. 72. Ita enim à vobis quasi dictata redundat, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. 4. de Fin. 10. Quæ quidem res efficit, ne necesse sit illud de rebus semper quasi dictata decantare, 2. Tusc. 26. Dionysius Stoicus multos versus admiscebat orationi: sed is quasi dictata nullo delectu, nulla elegatia. de Fin. Nam ita vestra, &c. dictata sunt.

‡ Syntaxis. Dictata reddere, decantare.

D I C T A T V R A, dictatoris munus. 1. A. 4. Is dictaturam, quæ vim iā regiae potestatis obfederat, funditus ex repub. sustulit, Off. 112. Quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendū addidit. 2. Q. Fr. 14. Erat aliqua suspicio dictaturę, nec ea quidē certa.

† A D I V N C. Perpetua, 1. Phil.

* D I C T E R I V M, salē dictum. Frag. epist. Quæ facerè & breuiter & acutè locuti essemus, ea proprio nomine appellari dictria voluerunt.

D I C T I O, Oratio, dicendi genus, actio, non vocabulum, aut verbum unum, 1. de Ora. 2. Graci se posuerat à ceteris dictiōnib. hanc partem dicidi, quæ, &c. pro Quin. 35. Totam causæ meæ dictiōnem in ceras partes diuidam, pro Sest. 40. Is mihi cauila dictiōnem denunciabat. 1. de Or. 64. Quæcumque res incident, quæ sit dictione explicanda. Ibid. 152. Etiam si vehementissimè se in his subitis dictiōnibus exercuerit, ibid. 157. Eruenda deinde dictio est ex domestica exercitatione, & vmbritili, &c. 1. 271. Genus facetiārum cū oratoriis dictiōnibus, tūm urbanis sermonibus accommodatum. 1. de Inu. 2. 1. Aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictiōnis incipiems. 1. de Orat. 52. Fateor in forenibus causis magis assidue versari nostram dictiōnem.

† A D I V N C. Attica, perpetua, popularis, subitè, de Cl. Forensis, 1. de Orat. Oratoria, 2. de Orat. Reliqua, 1. de Diuin. Tora, pro Qu.

D I C T I T O, frequenter dico. 2. de Ora. 56. Ex numero corum, qui causas dictitarunt, pro Dom. 15. Boni viri dictitabant.

D I C T O,

DICTO, dicere que alius excipiat. 7. Att. 13. Si scriberem ipse longior epistola fuisset: sed dictauit propter lippitudinem. 8. 16. Mihi molestior lippitudo erat etiam quam ante fuerat dictatore, tamen hanc epistolam malui, quam, &c. 10. 3. Eodem die epistolam dictauit, pridie dederam mea manum logiore. 13. 9. Non modò Tyroni dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. 3. Q.Fr. 1. Hæc inter eam Tyroni dictauit. 2. Att. 2. 3. Hæc ambulans dictauit recreandæ voculæ causa. 14. 2. 4. Hæc scripsi seu dictauit apposita secunda mensa. 13. 2. Ergo ego ne Tyroni quidem dictauit, qui totas periochas persequi solet, sed Spinsteri syllabatim. 4. de Fin. 6. 2. Rogare te, inquit, ut diceres pro me tu idem qui illis orationem dictauissem.

+ ADVERB. Grauter, ornata, i. de Fin. Syllabatim, 3. Att.

DICTVM. 1. Offic. 104. Multaque multorum facete dicta, ut ea qua à sene Catone sunt collecta, quæ vocant apophthegmata. pro Fla. 7. Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. 2. de Or. 2. 2. Dicere enim, aiunt, Ennium,flammam à sapiente facilior ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat. Hæc scilicet, bona dicta, que falsa sint: nā ea dicta appellantur proprio iam nomine. 2. de Or. 2. 4. Ne quotiescumq; potuerit dictum dici, neesse habeamus dicere. 9. Fam. 16. Acute aut facete dictum. 2. de Orat. 3. 40. Commodè ac breuiter, & acute dictum. pro Plan. 8. 5. Vter nostrum est cupidior dicti. 2. A. 4. 2. Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere.

¶ Verbum sermo. 1. Fa. 9. Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia excepit, ut ego eum mihi deuinatum putarem. 5. 1. Ob dictum capite & fortunis oppugnari pro Rab. P. 9. Ex dictis testimoniis appellari. Ibid. 3. 2. Dictis testimoniis recitatis.

+ ADIVNC. Arrogans aut superbū, pro Syll. Breue, bona, salsa, 2. de Orat. Consulare, 2. Att. Minima, maxima, sapiens, Of. Minimum, Part. Obscurum, 3. Off. Perulans, pro Mil. Proteruum, 2. de Fin.

¶ Syntaxis. Ex dictis testimoniis appellari.
Dico, aperio, dispergo. Orat. 113. Cum autem diduxerat pugnum, & manum dilatauerat, palma illius simile eloquentiam dicebat esse. in Arat.

Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem.

Cœperit, & subitis auris diduxerit ara. 2. de Inu. 5. 1. Diduce re aliqua in contrarias partes.

DIDVCOR. 1. de Inu. 109. Diduci ab aliquo: id est, separari.

+ ADVERB. Vastius, 3. de Orat.

DIDVCTVS. 3. de Or. 2. Riuis est diducta oratio, non fontibus. DIECVLA. 5. Att. 2. 1. C. Iulius diecula dixit. Ibid. Diecula adderē. DIES, lux, tempus. 4. 1. Postridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septemb. 3. de Orat. 17. Inclinato iam in postmeridianum tempus die. 2. At. 12. Dies nullus erat Antij cum esset, quo die non sciarem, &c. ad Brut. 15. Cum latissimum ille ciuitati dies illuxisset. 7. Att. 2. 5. Diem ex die expectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. 16. 16. Pecuniam ad diem soluere. 8. 10. Alios non soluere, aliorum diem nondum esse. 2. A. 87. Cum latronibus non solùm de die, sed etiam in diem viuere. 2. de Orat. 169. Si barbarum est in diem viuere, nostra consilia in semper tempus spectare debent. pro Quint. 75. A me nominis, quod inficiatus esset, diem petui. 4. Attic. 1. Venit legi dies. 10. 5. Diem pecunia idib. Decemb. esse. pro S. R. 12. 8. Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones fiant, nimirum calend. Junias. pro Cec. 32. Cecina ad constitutam diem tempisque venit. Postquam ad Quir. 2. 3. Neque æquum est, tempore & die moram beneficij definire. pro Cæl. 59. Dij non-nunquam præsentis fraudis pœnas in die reseruant. C. in vita Attic. Emere aliiquid in diem. 3. de Nat. 9. 5. Dabis aliquem diem, ut contra ista dicamus. 3. Attic. 7. Post diem tertium eius diei. 2. V. 6. Cum ego diem in Siciliam inquirendi per exiguum postulauissem. 3. V. 33. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco. 1. de Finib. 5. 1. Quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur. 1. Famil. 2. Consumere diem altercatione. Postq. in Sen. 13. Qui dies totos de officio disserunt. 7. Att. 9. Dies noctesque torqueor. 5. V. 87. Perpetuare totos dies. 1. 67. Dicere diem alicui. 6. Attic. 5. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. de Arup. 7. Diem dixisset, ut fecerat: fecissem, ut ei statim tertius a Prætore dies diceretur. 1. Attic. 8. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. pro Dom. 83. Cui dies dicta non est. 3. V. 146. Dicere diem operi faciendo. 3. Attic. 9. Multus sermo ad multum diem. 1. Qu. Fr. 2. Si diem nobis Clodius dixerit tota Italia concurret, de Clar. 87. Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse. 1. 3. Attic. 26. Evidem credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus: nihil est enim somni. Brut. 15. Esteriarum diebus auster me in Italianum retulit. 12. Attic. 12. Nos in Formiano esse volumus, usque ad pridie nonas Maias: eo si ante eam diem non veneris, Roma te fortasse videbo. 4. V. 42. Dies pro luce in genere muliebri, contra Vallam. 2. C. 6. Postera die.) . hesterna die, &c. 5. Tusc. 118. Multa prima die, cum de ipsa morte quereremus: non pauca etiam poste-

ster cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte. de Clar. 88. Socios illa die quæstione liberatos fuisse. 1. Att. 49. Vel una dies mihi erit utilis. 5. 2. Ut ea die manet in Trebulano. 3. A. 20. Antonius diem edicti obire neglexit, & ante quartum Calendarum Decembri distulit. pro Plan. 99. O reliquæ omnes dies noctesque quibus iste, &c. 2. 88. Quæ formido illa die. 3. Offic. 5. 8. b. Inuitat Caninius posteræ die familiæ suos. pro Dom. 4. 5. b. Vter magistratus accuset intermissa die. 1. de Diu. 103. Ea ipsa die domum ad vesperum reddit. 3. de Nat. 5. 6. Mercurius cœlo patre, die matre natus. 1. de Fin. 101. Agere diem suum natalem, 6. Att. 1. Ego diem statuo satis laxam. Ibid. 5. Mihi decessiōnis dies & annos obrepebat. 3. 15. Dies autem non modò leuat luctum hunc, sed etiam auget. 2. Qu. Fr. 3. Producta dies in IIII. iduum Februarij. Ibid. 5. Si sibi cum populo dies agendi essent exempti. 3. 1. Antiquior dies in suis fuerat ascripta literis quam in Cæsarij. 2. A. 110. Heri quartus in circu dies ludorum Romanorū fuit. M. Antonius ad populum tulit, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur. de Amic. 12. Ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque tulit. 4. Att. 16. Dics cum venerit. Top. 62. Vitium in dies crescit. * pro Seft. 28. Equites Rom. datus illius diei pœnas, pro C. Corn. Ex promulgatione triundinum dies ad ferendum dies ad ferendum potestaque venisser. cont. C. Ant. Prætero illum penè acerbum & luctuosum populo Rom. diem. in L. Piso. Quis illuxit dies? Oeon. 1. Mundum muliebrem qui ad dies festos comparatur: deinde ad virilem item dierum solemnium ornatum. ibid. Quibus ad dies festos vitur.

+ ADIVNC. Acerbor, O. Acerbissimus, lætior, supremus, 1. Philip. Acerbi, non honesti, 2. Famil. Aestiuus, hodierna, iusti, quieti, 2. de Leg. Aestiu, continui, 7. Verr. Aeterna, 3. Catil. Annua, certus, iuncti atque illustres, multus, utilis & gratus, 12. Attic. Antiquior, odiosi, 3. Q. Fr. Apti ad confilium, 16. Attic. Beatus, 2. de Finib. Breuior, calamitosus, perexigua, vacui, 2. Verr. Brumalis, 2. de Diuin. Celeberrimi, latissimum, de Amic. Celeberrimus & sanctissimus, festi, anniversarij, 6. Ver. Certa, exigua, legitimus, 5. Verr. Clarissimus, pro Dom. Comitiales, 4. Attic. Compitalitij, religiosus & ignotus in vulgo, 9. Attic. Compitalitius, 7. Attic. Dirus, 8. Attic. Extremus, 3. de Orat. ἐντερισμού, 3. Verr. Festi, honestissimus, superiores. in Part. Faustus, horribilis, solstitialis, 1. Tusc. Fœdus & flagitiosus, præteriti, 3. Phil. Funestus, 2. Tusc. Funestus, luctuosus, ad domesticum dolorem grauis, ad posteritatis memoriam gloriatus, turbulentissimus, pro Seft. Gloriosissimus, populique gratissimus, pro Qu. Ligar. Lætificus ciuitatis, ad Brut. Lætiores, 10. Ph. Lætissimus,) . tristissimus, de Prouin. Liberius & magis vacuus ab interuentoribus, de Fat. Longior, 15. Attic. Medius, perpauci, vacuus, de Clar. Misera & infelix, pro Syll. Multi, hesterna, 3. de Or. Natalis, 2. Ph. Notus, pro Mil. Optatissimus, 15. Fam. Paucij, pro Qu. Pauculi, 5. Attic. Perendinus, pro Mur. Plurimi & laetus, reliqui, pro Plan. Præclarus, 4. Ver. Propinquus, vilis, 11. Attic. Proximj, 2. de Inu. Pulcher, 4. Fam. Satis laxa, 2. Att. Totus, 1. de Leg. 7. Verr. & 2. Att. Tristis, 3. Tusc. Turpis, 8. Philip.

¶ Syntaxis. In postmeridianum tempus dies inclinat. Dies nullus est, quin febriat ille. Dies iste latus tibi illuxit. Die ex die expectare. Soluere ad diem. In diem vivere, & de die. Ad constitutam diem ac tempus. Reservare in diem. Do tibi diem, ut respödeas. Post tertium diem eius diei. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco. Dare, & dicere diem alicui. Multus sermo ad multum diem. Scribere die ac noctibus. Statture diem laxam. Agere diem natalem. Ferre in vita dies celeberrimos.

DIFFERENS, dispar, dissimilis,) . congruens, similis, par. de Fat. 8. Quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas. 1. de Ora. 189. Partes generis communione quadam similes, sp̄cie autem differentes. Orat. 76. Aliquid ab indiscretis re, plus quam opinione differens. 1. de Leg. 30. Ratio, &c. est communis doctrina differentis, descendit quidem facultate par. Ibid. 38. Cum illis re congruentes, genere docendi paulum differentes.

+ ADVERB. Paulum, de Leg. plus quam opinione, Orat.

DIFFERENTIA, dissimilitudo, disserimen, varietas, distinctio, interuum. 1. Offic. Qualis autem differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quam explanari potest. Ibid. 12. 2. Atque hec differentia naturarum tantam habet vim, ut, &c. de Fin. 3. 1. Qui nullam rerum differentiam esseydixerunt. 5. 19. Ita fit, ut quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum, malorumque dissimilitudo.

DIFFERO, reicio, detruo, reservo, sustineo, sustento, profero, extraho, produco, prorego, moram interpono, tardo, procrastino, moror, celeritatem de causa detraho, cunctio. 5. Fam. 12. Sin autem differs me in aliud tempus, coram tecum loquar. 1. 3. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. 2. Qu. Fr. 7. Careta praesenti sermoni reseruentur: hoc tamen non quæ differe. de Cl. 297. Rem communisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. 15. Att. 2. 1. Quæ differs, ut mercum coram, expectabo tabellarios. ad Br. 11. Ipsi magnopere autor fuit, ne differret tempus petitionis sua. 6. A. 19. Venit tempus ita maturum, ut differri iam hora non possit. pro Quint. 22. Differre vadimonium cum aliquo. 8. A. 23. Cum ille tempus differret, virgula stantem circumscribit. 10. Attic. 1. Differre

ferre quotidiē ac procrastinare aliquam rem. 13. At 36. Differere rem in diem. 10. Fa. 16. Seruilius rogatus rem distulit. 4. de Finib. 5. Quarum cūm vna sit, cūm mores conformari putantur, differo eam partem, &c. 1. Vat. 28. Quod promulgasti misericordia nomine, ac crudelitatis tempus distulisti. 3. A. 20. Antonius diem edicti ante diem quartam Cal. Decemb. distulit, de Prou. 28. Alij tēpus differebāt, alijs, &c. pro Deiot. 21. In posterū, inquit, diem distulit. 3. V. 81. Differre vim doloris in posterum. **D**iffo, **d**iscrepo, **a**lius sum. Or. 66. Poētae quæstionem attulerunt, quidnam eset illud, quo ipsi differunt ab Oratoribus. 2. de Inu. 92. Hoc genus causa à superiori hoc differt, quod in illo, &c. 1. Off. 96. In eo quo natura homini à reliquis animantibus differt pro Cec. 39. Qui hoc ab illo differt, vt ille cogatur, &c. ille nō cogatur; ibid. Vr. ista re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur. pro Pomp. 13. Istorū aduentus in vrbes non multum ab hostili expugnatione differt. 3. de Orat. 195. Inter doctum & rudem non multum differt in iudicando. 1. de Natur. 81. Nihil inter deum & deum differt. 8. A. 32. Statui tamen à vobis in tanta atrocitate temporis non differre veltiu. de Fat. 7. Multaque alia sunt quaes inter locum & locum non differunt. de Cla. 150. Aetates nostra nihil aut non ferē multum differunt, quod, &c. 2. cont. Rull. 84. Quasi vero paulum differat ager Campanus ac Stellatis. 2. Off. 30. Hæc est vna res proflus, vt non multum differat inter summos & mediocres viros. Top. 30. Sed quid inter se differant dicendum est. Or. 114. Rhetorica & Dialectica hoc differunt inter se, quod hæc, &c. illa autem, &c. 2. de Orat. 94. Multi naturis differunt, voluntate autem similes sunt inter se. pro Cecin. 59. Quod etiam si verbo differre videatur, re tamen est unum & idem, in omnibus causis valebit. de Opt. 3. A perfecto qui absunt, non genere differunt, vt ab Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. ibidem 6. Oratores non generibus inter se, sed facultatibus differunt. 4. Tusc. 24. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re vero copulata sunt. 1. Off. 99. Est autem quod differat in omni ratione habenda inter iustitiam & verecundiam. 1. V. 61. At vide, quid differat inter opinionem meam & tuam. 1. de Na. 16. Aliquas inter se magnitudinem, & quasi gradibus, non genere differre. 1. de Inu. 40. Cūm genere idem sit, fit aliud, quod quadam parte, & specie differat. 4. de Finib. 5. Peripatetici Academicique, qui re consentientes, vocabulis differebant. 4. de Fin. 4. Virtutes omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt. Ibid. 47. Atque Aristonis est explosa sententia, dicens nihil differre aliud ab alio, nec esse res vras præter virtutes, inter quas quicquam omnino interesset. 3. 33. Sed eæ definitiones paulum oppido inter se differunt. 2. de Inu. 15. Deinde, quid res cum re differat, demonstrabitur, vt non idem videatur de utraque existimari oportere. 1. 40. Occasio cum tempore hoc differt, nam genere quidem utrumque idem esse intelligitur, verum, &c. Horren. Quantum inter se homines studiis, moribus, omni vita ratione differant.

A D V E R B. Multum, plurimum, Top. Non ferē multum, de Clar. Paulum, 2. cont. Rull. Paulum oppido, 3. de Finib.

DIFFERENTIA, aliud est & aliud, distat, interest, abest, refert. 2. de Di. 76. Solebat ex me Deiotarus percontari auguri nostri disciplinam, & ego illius: dix immortales, quantum differebat, vt quadam etiam essent contraria. Ibid. 96. Quid inter Äthiopes & Syros differebat corporibus, animis, &c. **S**yntaxis. Rem differre ex tempore. Rem differre, ex procrastinare. Ad tempus differre id est, in posterum. Hoc ab illo differt, & inter hoc illud. Quid differant hæc, audias. Plurimum differre aliqua. Hac igitur hoc differunt, quod. Quid res cū re differat, vide. Museum inter eos differ animis.

DIFFICILE, & **D**IFFICILLIME, difficulter. 2. de Inu. 169. Difficile fieri id dicimus, quod, &c. de Vnii. 33. Difficillime factum est.

DIFFICILIS, laboriosus, operosus, habens multum difficultatis & laboris ardoris, habens difficultatem, in quo multum est negoti vel operis, in labore multo positus, magnus. pro Plan. 5. Sed mihi in hac causa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. 3. de Leg. 33. Dicā, Attice, & versabor in re difficulti, ac multum & sapientia. 1. V. 36. Intelligo quam scopollo difficilique loco verser. de Natur. Difficile factu est, me id sentire quod tu velis. 1. Fam. 7. Quod scire vis qua quisque in te fide sit & voluntate, difficile dictu est de singulis; vnum illud audeo, &c. 3. de Nat. 94. Natura deorum obscura est, & difficiles explicatis habet. 1. Offic. 64. Sed quod difficilius, hoc preclarus. Ibid. 19. Res difficiles & obscure. 2. de Inu. 163. Res arduæ ac difficiles, 1. de Orat. 250. Contortas res & difficiles perdiscere. 2. de Inu. 130. Nec fuisse cū graue, nec difficile eam causam exceptere, si, &c. 2. de Leg. 47. Quo plura & difficiliora scire videatur. 9. Att. 11. Res difficiles ad iudicandum. 1. Off. 126. Hoc difficile est ad loquendum. Or. 104. Visque eo difficiles & morosi sumus, vt, &c. 3. de Nat. 72. Parens illepidus, & in liberos difficultis. de Sen. 7. Senes moderati, nec difficiles, nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem. 5. A. 36. D. Brutus opera difficultissimo

reip. tempore esse subuentum. Ibid. 46. Summo & difficultissimo tempore pro Pomp. 61. Exercitum difficulti reip. tempore conficer, pro Cecin. 11. Temporibus illis difficultissimis solutio- nis, & pro C. Corn. 1. Quali legem aliquam aut ad scribendum difficultem, incer. Est cauta difficultis laudare puerum. **T** A R I V E R B. Sane, 2. Philipp. & de Sen. Valde oratio, id de Orat. **S**yntaxis. In re difficulti versari. Difficile factu, & difficultissime. Scimus, & difficile explicatus habemus. Arduum ac difficile. Centrum ac difficile. Difficile ad loquendū, iudicandū. Difficilis ac mouere. **D**IFFICILITER, difficulter. 4. Acad. 49. Ut difficulter a vero internoscatur. Ibid. 50. Ut difficulter internosci possit. **D**IFFICULTAS, labor, angustia, asperitas. Topic. 93. Quæ si- ri sine summa difficultate non possunt. 4. Fa. 2. Nihil continuo potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. de Fat. 39. Dum verbis vitur suis, delabitur in eas difficultates, vt necessitatem fati confirmet iniuitus. 1. de Diu. 106. Sed difficultas labórumq; discendi disertam negligenter reddidit. pro Cluen. 2. Res habens multum difficultatis & laboris. 1. Q. Fr. 1. Atque huic tuae voluntati ac diligentia difficultatem affe- runt publicani. 13. Att. 33. Sed si Plancus festinat, tum habens difficultatem. de Clar. 25. Hæc artis magnam habet difficultatem. 1. de Orat. 120. Ut quisque optimè dicit, ita maxime di- cendi difficultatem pertimescit. 1. de Orat. 16. Incredibilis rei magnitudo atque difficultas. 1. V. 40. Propter magnitudinem rerum ac difficultatem. 8. At. 3. In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. 2. de Nat. 4. Ea difficultas induxit imperitos vt errarent. pro Mur. 19. Seruus multorum difficultatem exsorbut, 1. de Inuent. 50. Non rei solum magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas. pro Qu. 10. Tot tantisque difficultatibus affectus atque affictus. 1. Cat. 14. Quæ ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem pertinent. Anteq. II. Si eundem in ceterorum periculis habemus animum, quem in nostris difficultatibus. 7. V. 50. Summa in difficultate nauium, Ibid. Nullis populi Romani difficultatibus. 1. de Or. 82. Propter nauigandi difficultatem. 5. V. 190. Difficul- tas vecturæ. 4. V. 69. Et simul ostendi se in summa difficultate nummaria esse, Ibid. Expositus suis difficultatibus, &c.

T A D I V N C T. Domestica, pro Rab. Incredibilis, 1. de Orat. Magna. 4. Fam. maiores. 7. Verr. Multa, 1. Phil. Nummaria, 2. Verr. Odiosa nau- gandi, Part. Pecunaria, 10. Attic. Publica, 7. Atti. Summa, de Clar. & 13. Fam. Tanta, 6. Verr. Tot tantæque, pro Quint.

DIFFICULTER, difficulter, difficile, è grè vis, tristius, durus. 2. de Inu. 169. Atque in his omnibus quid difficulter fieri, & quid fa- cile fieri possit, oportet considerare.

Syntaxis. In difficultates incurrire. Difficultas & labor, id habet difficultatem. Difficultatibus affectus & affectus. Difficultas nauium. nummaria.

DIFFIDENTER, pro Client. 4. Timidæ & diffidenter aliquid facere.

DIFFIDENTIA, (fidentia). 4. Tusc. 80. Metus est diffidentia expectati mali. 2. de Inu. 165. Fidentia contrarium est diffiden- tia; & ea re vitium est.

Syntaxis. Metus diffidentia expectati mali. Hæc adverte definiti- nem, cum sit potius diffidentia boni metus.

DIFFIDENS, 2. de D. 8. Nihil affirmabo, quæram omnia, dubi- tans plerunque, & mihi ipse diffidens. 1. Pis. 38. Diffidens & de- sperans rebus suis. pro Pomp. 23. Aliquem fugientem exciper, diffidentem rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditum recreare.

DIFFIDO, quæsi despero. 1. Q. Fr. 1. Tanta adhibetur à nobis diligenter, vt rem posse confici non diffiderem. 1. de Diu. 53. Eu- demus ira grauiter æger fuit, vt omnes medici diffidenter. Anteq. 12. Quis est, qui non sibi ac suis diffidat fortunis. pro Mur. 45. Vide ne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit ha- ffas. 2. de Fini. 86. Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timet neceſſe est. pro Chrent. 63. Is certè potius qui sibi alia ratione diffideret, quam is qui omni ratione consideret. ad Bent. 16. Te horror, ne defatigere, nec diffidas semper in præsentibus malis prohibendis. pro Qu. 77. Diffido me posse in hac causa confidere. 4. Acad. 7. Inuenire se posse quod euperent, diffi- sunt. Orat. 3. Experiēre id nobis, quod te aſſequi posse diffidat. 3. Qu. Fr. 8. Si ille dictator sit factus, penè diffidit. Orat. 97. Elo- quentia, quam omnes se aſſequi posse diffidenter. 15. Attic. 10. Quo die audiui, &c. subdiffidere cœpi. de Prou. 38. Diffidere si- bl. 2. At. 42. De Othonē diffido. 2. Fam. 10. Parthos times, quod diffidis copiis nostris. 5. Tusc. 3. Huic incipio sententia diffide- re. 4. Fam. 5. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videat prudentia tuae diffidere. de Prou. 38. Sed homines diffidit lunt ipsi sibi. pro Mur. 63. Ego quoque diffidus ingenio meo quæliu adiumenta doctrinae.

T A D I V R B. Penitus, 5. Fam. Valde, 1. Att. Summa, 4. Fam. **S**ynt. Ita grauiter æger ille fuit, vt medicus diffidet. Tibina diffi- das, incens, diffidens. Subdiffidere. Diffidens ac desperans suis rebus.

DIFFIN

DIFFINDO, *sindo, duido*. de V*aiiu.* 21. Hanc igitur omnem conjunctionem duplarem in longitudinem diffundit. 1. de Diu. 23. Saxum diffusum.

DIFFITEOR, *nigo, inferior*. 10. Fa. 8. Itaque nunquam diffitebor me, &c.

DIFFELVO, *liqueſco, abundo, fluo*. 12. Offic. 106. Turpe est diffluere luxuria. 3. de Orat. 129. Graci diffuentes orio. de Clar. 163. Fluuium extra ripas diffuentem coetere.

DIFFVGIO, *buc illuc fugio, dilabor*. 2. A. 1. 18. Omnes metu perterriti repente diffugiunt. 3. Off. 144. pro Dom. 6. Ministros partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse. 15. Fam. 1. Diffugiunt, qui sunt, metu oblato.

DIFFVNDO, *dispergo, spargo, effundo*. 1. de Diu. 79. Dij vim suam longe lateque diffundunt. de Sen. 51. Terra semen tepefactum complexu suo diffundit.

DIFFVNDO R. de Natu. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Ibid. 26. Glacies calore liquefacta & dilata diffunditur. de Amic. 48. Virtus ex bonis amicis quasi diffunditur, & in commodis contrahitur.

[†]A D V E R B. Latè, longè, i. de Diuina.

DIFFVSE, *dispersè*. 1. de Inu. 98. Res dispersè & diffusè dicitur.

DIFFVSVS. 2. de Finib. 115. Error tam longè lateque diffusus. 2. de Orat. 142. Ius ciuile, quod non diffidum & disipatum est; cogere, & ad artem redigere. 2. de Fin. 83. Quibus viniūm diffusum è pleno sit xenophoro. pro Sest. 97. Numerus optimatium latè & variè diffusus est. pro Corn. 13. Cn. Pompej latè longèque diffusa laus. 2. de Natur. 95. Soldiem effici toto ecclolo luce diffusa. 3. de Orat. 197. Color diffusus sanguine. t. 187. Quæ ignota quondam omnibus & diffusa latè videbantur. 3. 183. Diathyrambi membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa. 1. de Leg. 34. Hæc benevolentia tam longè lateque diffusa. 1. de Orat. 28. Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

[†]A D V E R B. Latè, longè, i. de Leg. Latè, varie numeris, pro Sest. Longè laus, pro Corn. Balbo.

[¶]Syntaxis. Deus vim suam longè, lateque diffundit. Terra diffundit semè. Diffusum ac disipatum. Color sanguine diffusus. Glacies diffusa. Platanus ramis patulis diffusa ad locū opacādū. Diffusè & dispersè. DIGAMMA, F. litera. 9. Att. 2. Deli tuum digamma videram: id est, Formianum, villam, ut quidam intelligunt, quod ab F. litera id nomine incipiat, qua digamma Æolicum vocatur. Ego vero, Diagramma, lego, ut Diagramma sit codex, in quem soleret Atticus, fructus agrorum & impensas referre.

DIGERO, *concoquo, mitifico*. 4. Att. 16. Stomachus concaluit, vt digerat multa cruda facilius. [in vulg. lib. aliter legitur.]

Ordino, distinguo, instituo, distribuo, dividuo. 3. V. 60. Habeo istius tabulas omnes, quas diligissime legi atque digesti. pro R.P. 23. Demetrius rempub. Athenis optimè digestis. 2. Q. Fr. 1. 3. Facies scilicet, vt mea mandata digeras, persequare, conficias. 1. de Orat. 190. Si quis omne ius ciuile in genera digerat, perpaucia sunt. 1. de Inu. 49. Quicquid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.

[†]A D V E R B. Discretè & eleæ ex copia, 1. de Inu. Optimè rē, pro Rab.

[¶]Syntaxis. Digerit cruda stomachus. Digerimus libros, mandata, rem, publicam.

DIGESTIO, *distributio*. 5. A. 19. Ut digestio potius, quam declaratio videretur. 3. de Orat. 203. Digestio, quæ exornatio est, ea est partitio.

DIGESTVS. 1. de Orat. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. pro Quint. 9. Vtrum certa nomina in codicem digesta habes?

[†]A D V E R B. Artificiosè, 1. de Orat.

DIGITVLVS. pro Mar. Scaur. Duobus digitulis gulam oblisit.

DIGITVS, *par in manu pedibus* ³/₂ teres. pro Cal. 28. Aliiquid primoribus labris gustare, & extremis (vt dicunt) digitis attingere.

7. Att. 3. Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam. 6. V. 33. Neque ab argento digitum discedere. 1. de Or.

203. Sed vt commonstrarem & digitum, vt fieri solet ad fontes intenderem. 3. V. 241. Tollit digitum Iunius Patruus. Parad. 3.

Digitis peccata dimetiri. 4. Acad. 145. Nam cum extensis digitis aduersam manum ostenderat, visum, inquietabat, huiusmodi est.

Deinde cum paulum digitos constringerat, assensus huiusmodi. Tum cum planè compresserat, &c.

[†]A D I V N C. Extremus, pro Cal. Transuersus, 1. Philip.

[¶]Syntaxis. Aliquid extremis digitis attingere. Neque discedere digitum. Digitum intendere ad.

DIGLADIATOR, *decreto*. 1. Offic. 28. Philosophi ea quæ plerique vehementer expertunt, & de quibus inter se gladiarii solent, contemnunt. 3. de Leg. 10. 4. Tuf. 46. Dgladientur illi per me licet, &c. * 1. Acad. Quid Antipater gladietur cum Carneade tot voluminibus.

DIGNATIO, *digitas*. 10. Att. 10. Etsi meus quidem est fortior, coquæ ipso vehementius commouet, nec quicquam nisi de di-

gnatione laborat. DIGNE, *pro dignitate*. Postq. in Senat. 18. Quis de tali ciue fatis dignè vñquam loqueret. 12. Fa. 13. Is omnium iudicio dignè, ac meretur, commendatus est. de Sen. 2. Philosophia nunquam fatis dignè laudari potest.

[¶]Syntaxis. Insignis lauitas haec est. Commendatur dignè ac meretur.

DIGNITA S, *honestus, honor, gradus, dignitas, honoris amplitudo, splendor*. (indigetas. 2. de Inu. 166. Dignitas est alicuius honesta autoritas, quæ & cultu, honore & verecundiâ digna est.

2. de Orat. 164. Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis. 4. C. 9. Sic ut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat. 3. Fam. 9. Tua dignitas atque amplitudo mihi cara est. pro Flac. Apud quæ omnes gradus dignitatis tuae retinuisti. pro Syl.

5. Quorum ego opera illum in locum atque in hanc celsissimam fedem dignitatis atque honoris ascendit. 10. At. 6. Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. pro Plane. 32. Tencere summū gradum & dignitas & gratiae in aliquo loco. 10. Fa. 12. Dignitatem tuam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. 1. Off. 124. Ciuitatis dignitatem & decus sustinere. pro Dom. 94.

Facti alicuius egregii splendorem verbis dignitatēmq; retinere. Ibid. 3. Hi tales viri qui non solum consilii suis, sed etiam specie ipsa reipub. dignitatem sustinent. pro Flac. 28. In imperio atque in publica dignitate omnia ad splendorem gloriāque reuocanda sunt. Ibid. Summam video esse in te dignitatem generis, integratatis, industria, ceterorūmq; ornamentiōrum omnium. pro Mur. 21. Summa est in vitroque honestas, summa dignitas. 1. Qu. Fr. 1. Species tam gratiosi liberti, aut serui, dignitatem nullam habere potest. Orat. 144. At dignitatem docere non habet. pro Mur. 22. Ars militaris admirabilem dignitatē habet. Ibid. 55. Qui ex continuis maiorum suorum honoribus vñnum ascendere gradum dignitatis conatus est. de Ami. 12. Ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur peruenisse. 2. de Ora.

334. In suadendo nihil optabilius quam dignitas, id est, honestas. 1. Off. 67. Ut nihil à dignitate sapientis discendas. 2. de Orat. 138. Ac si quid afferat præterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra causam est. Ibid. 221. Seruare dignitatem suam parcerendo aduersariis. 4. Fam. 14. Ego, si dignitas est bene sentire de rep. & bonis viris probare, quid sentias, obtineo pristinam dignitatem meam: si autem in eo dignitas est, quod sentias aut te efficere, aut denique libera oratione defendere, ne veltigium quidem vllum est reliquum nobis dignitatis. 5. Tusc. 45. Ego etiam dignitas ei attribuenda est. 8. At. 13. Tenendam hanc horam puto, quæ dignitatem & opportunitatem habet de Ami. 72. Is qui dignitati est. * pro C. Corn. 1. In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, & Qu. Metelli adolescentia, contr. C. Anto. Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis & despicias: an eam, quam reliqua vita es consecutus. pro M. Scauro. Ut M. Æmilius cum sua dignitate omni folidissimæ genti ac pellitis testibus condonetur. in L. Pison. Nec municipi dignitas patitur. Frag. epist. Nec idcirco mihi desiderandam esse dignitatem mean, quod eam multi impugnarint: sed eo magis recolendam, quod plures desiderarint.

[¶]DECOR, *pulchritudo, ornamentū, decus, forma & liberalis species*. 1. Offi. 130. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. 2. de Inu. 2. Quare qua sint illæ virgines dignitate pte-ditæ, potes ex his suscipiari. 1. de Orat. 141. Agere cum dignitate & venustate. 1. Off. 107. In formis aliis dignitas ineft, aliis venustas. 2. de Inu. 2. Pueri magna prædicti dignitate. 1. Off. 141. Ut ea quæ pertinent ad liberalem species & dignitatem, moderanda sint. Ibid. 30. Formæ dignitas coloris bonitatem tuenda est, color exercitationibus corporis. 4. ad Her. 19. Sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. 3. 23. Dignitas est oratio, cum aliqua grauitate & vocis remissione. 1. Off. 69. Tranquillitas animi afferat dignitatem. 3. Qu. Fr. 1. Pauimenta porticus summam dignitatem habebat. de Ar. 41. Sed habet ea molestia quandam dignitatem. de Prou. 28. Dignitas verborum & honos Cæsar's landi concessus est.

[†]A D I V N C. Admirabilis, pro Mur. Admiranda confilij, 5. Phil. Amplissima, 5. Tusc. Cara, 1. de Orat. Carissima, 3. Famil. Communis, vetus, 1. cont. Rull. Coniuncta cum utilitate communis, eximia, pro Dom. sua. Consularis, summa, de Clar. Excellēs, pro Cōrn. Familiaris, pro Syl. Imperatoria, pro Pomp. Iucundior, 6. Fam. Liberalis, rotæ, 2. Off. Magna, 6. Ver. Maior, 12. Phil. Maxima, nefaria, ibid. Minor, pro Plane. Nonæ, 5. Ver. Octoia, pro Sest. Par, parua, 11. Phil. Praestabilior, de Prou. Praestans, postquam ad Quir. Praestantissima, 3. de Natu. Cum præsens tum eriam insperata, 2. Fam. Prisina, 4. Fam. Publica, salua, pro Fla. Singularis, 3. de Orat. Vera, in Vat. Virilis, Arat.

[¶]Syntaxis. Dignitas & amplitudo. Celsissima dignitas & honoris sedes. Dignitatem & decus ciuitatis sustinere. Splendor ac dignitas. Hoc non habet in seruo dignitatem. Seruare suam dignitatem. Virgo dignitate predita. In formis ineft dignitas, aut venustas. Forma dignitas coloris bonitate defenditur.

DIGNAN DVS. 4. Acad. 36. Quæ autem secundum naturam es- sent, eas sumenda, & quadam estimatione dignanda docebat.

DIGNO, *pro Dignor. in Arat.*

Eterno cunctas etio qui nomine dignant.
D I G N O R., *dignus habeo, vel existimor.* 2. de Inu. 2. 14. Qui ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt. Ibid. 1. 61. Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. 3. de Orat. 25. Re dissimiles inter se, quae tamen confimili laude dignantur. * *Oecon. 1. Quid apud nos hoc nomine dignatur.*

Syntaxis. *Vir probus summa estimatione dignandus.*

D I G N V S & D I G N I S S I M V S, *honestus, qui meretur, dignitate predictis plenus dignitatis, habens dignitatem, qui cum dignitate est, idoneus, par, egregius, summum dignitatis gradum tenens.* pro Arch. 5. Omnes eum cognitione & hospitio dignum putauerunt de Ar. 29. Deiotarus læpe à Senatu reguli nomine dignus existimatus est. 8. At. 2. 4. Suicēpe curam & cogitationem dignissimam tuę virtutis, vt, &c. de Ar. 5. 1. Et hunc vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij dicit, de Pet. 2. Non potest qui dignus habetur patronus Consularium, indignus Consulatu putari. pro Quint. 9. 4. Qui mæror dignus inueniri in calamitate potest? 7. At. 17. Quid docto homine & amico dignum fuerit; id est, quid docto homini conueniens fuerit. 1. de Diu. 1. 8. Quod non decorum est, nec diis dignum. 7. A. 5. Quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. 8. Fa. 1. 2. Posteaquam illum ne cui satisfacret quidem, me dignum habere sensi. in Sal. 9. Res familiaris, quæ mihi multò minor est, quam habere dignus sum. I. Pif. 3. Cum omnes te luce dignum non putarent. pro Dom. 1. 3. 1. Praecara voluntas, atque omni laude digna. 4. Acad. 17. Res est idonea de qua queratur & homines digni qui buscum differunt. 3. A. 2. 5. Philippus vir auro parte maioribusq; suis dignissimus. 1. de Finib. 62. Aliquem esse dignum vel indignum suis maioribus. 2. Famil. Praebere se dignum maioribus suis. Ibid. 1. 1. Vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, quia maiora in republica onera sustinere & possim, & soleam. 10. 7. Ut dignum aliquid & Consulatu meo, & veſtra expeſtatione efficerem. 3. de Leg. 5. Qui modeſtè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. 2. de Leg. 4. 5. Dignissima autem bona habentur, & formæ ab uno pictore uno absolutæ die. 6. I. A. 19. Venit tempus, Quirites, serius omnino, quam dignum populo Romano, fuit, sed tamen, &c. & 3. A. 2. 2. Dignus malo. * cont. C. Anton. Dignus Consulatu.

A D V E R B. *Omnino laude,* 2. de Orat. Maximè iusto homine, 1. Offic. Parum aliquo, 5. Fam.

Syntaxis. *Hic mæror non est dignus in tanta calamitate. Hoc te non est dignum. Negotium tuus viri us dignum.*

D I G R E D I E N S. 2. de Nat. 1. 3. Luna tum congregiens cum sole, tum digrediens.

D I G R E D I O R., *egredior, discedo, aberro ad alia, aberro à proposito, diuero.* 12. Famil. 18. Etsi perinquo patiebar animo te à me digredi. 4. 12. Cum ab eo digressus essem eo consilio, vt, &c. pro Syll. 3. 4. Parens eius omnibus illis rebus interfluit, nunquam est à me digressus. 3. At. 9. Timebam, ne à me digredi non posset. de Ar. 3. Dolore efferri, & iracundia longius digredi, quam sapientis hominis cogitata ratio postulabat. .de Inuen. 97. Nobis de causa digredi, nisi per locum communem displicer. 2. de Orat. 3. 11. Digredi ab eo quod proposuerit. de Cl. 3. 00. Sed iam ad id, unde digressi sumus, revertamur. 5. V. 16. 3. Verum hoc longius quam volūtas fuit, à proposito digressa est oratio mea. de Clar. 3. 2. Delectandi causa digredi parumper à causa. 3. de Natu. 6. 0. Sed eò iam, unde hoc digressi sumus, revertamur. Par. 1. 4 Paululum digredi de cursu. 3. V. 16. 3. Verum hoc longius quam volūtas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est ratio mea.

A D V E R B. Longius, 5. Verr. Longius iracundia, de Arusp. Parumper à causa, de Clar. Paululum de cursu dicendi. Part.

Syntax. *Luna digrediens à Sole, Digredi ab aliquo, de causa, à proposito. Inde hoc digressus sum.*

D I G R E S S I O , declinatio.) (.congressio. 1. Q. Fr. 3. Id minus miserram fuit, quam fuisset tum congressio, tum vero digressio nostra. de Clar. 2. 9. 1. Digressio à proposita oratione. 2. de Orat. 3. 12. Causa quæ plurimos exitus dant ad huiusmodi digressionem. 3. 200. Ab re non longa digressio, tum reditus ad rem. 1. de Inu. 97. Digressio aut sui laudem, aut aduersarij vituperationem continet: aut aliam causam deducit, ex qua conficiat aliquid confirmationis, aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quandam amplificationem.

A D I V N C T. Acerba & misera, 1. Q. Fr. Non longa à re superior, 3. de Orat. Pericunda, de Clar.

D I G R E S S U S , digressio, discessus. 1. At. 4. Ut primùm à tuo digressu Romanum veni, confeci. 1. Q. Fr. 3. Congressus nostri lamentationem pertimui, digressum vero non tulisse.

T A D I V N C T. Longinus, de Senec. Longissimus, 2. de Nat.

D I I V D I C A T I O , disceptatio, iudicium, deliberatio. 1. de Leg. 5. 6. Nam ista quidem magna diiudicatio est.

D I I V D I C A N D V S. Ibid. 4. 5. Honesta & turpia, natura, non opinione diiudicanda sunt.

D I I V D I C O , discerno, distinguo, discepto. 3. de Orat. 1. 9. Omnes

tacito quodam sensu quæ recta ac prava diiudicant. 3. Offic. 6. Recte diiudicare aliquid, alias, iudicare, pro Cecin. 4. 2. Qui tam callide verbis controversias, non æquitate diiudicas. 3. Offic. 19. Ut sine villo errore diiudicare possimus. Part. 1. 39. Vera & falsis diiudicare & distinguere. 4. Acad. 1. 07. Nec habent istam artem, & eam controversiam diiudicabis, quæ, &c.

D I I V D I C O R. 1. Tusc. 2. 3. Vtrum igitur inter has sententias diiudicari malum: an ad propositum redire. 2. de Orat. 1. 10. Id est, aut nunquam diiudicari poterit, aut ita diiudicabitur, de Pet. 3. 0. Quibus rebus benevolus & simulator diiudicari possint. 9. Fam. 1. 6. Non facilè diiudicatur amor verus & fictus. pro Quint. 4. 3. De controversiis velut diiudicari. 1. de Leg. 5. 6. Hoc iudicari nunquam poterit.

T A D I V E R B. Callide controversias, pro Cecin. Diligenter, Ibid. Serd. pro Quint.

Syntaxis. *Verbis, non æquitate res diiudicare. Diiudicatum est inter haec sententias. Sic benevolus ac intimus diiudicatur. De controversia diiudicare.*

D I I V N G O , diungo. 7. At. 1. Diiungere me ab illo volo. 1. Diu. 7. 7. Inuenta diiungere.

T A D I V E R B. Facile, ſepe, Orat.

D I I V N C T I O R , remotior. 12. At. 4. Totum est aliud, posteaquam sum à te diiunctio.

D I I A B O R , diffingo. 2. de Legib. 6. Fibrenus diuisus in duas partes, rapidè dilapsus, citò in vnum confluit. 2. A. 6. Male parta, male dilabuntur. 2. Offic. 8. 0. Præclarissimè constituta resp. dilapsa est. 2. de Natu. 2. 6. Glaciem colore liquefactam & dilapſam diffundi. 4. ad Her. 2. 5. Hi simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. 1. Offic. 10. 4. Ne elati volupitate in aliquam turpitudinem dilabamur. 2. de Inu. 70. In relationem criminis dilabi. 4. Tusc. 1. 0. Sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si vnum aliquid effugerit. 1. 3. A. 1. 1. Sunt alij plures fortasse, sed mea memoria dilabuntur.

T A D I V E R B. Malè, 2. Phil. Rapidè, 2. de Leg.

Syntaxis. *Fluvius rapidè dilapsus. Glacies liquefacta & dilapsa. Fortuna dilapsa deuolant affentatores.*

D I I A C E R O R. 1. de Nat. 2. 7. Distractione humanorum animorum discripi & dilacerari deum.

D I I A N I A N D V S. pro Mil. 3. 4. Tu cadauer P. Clodij nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

D I I A P I D O , despero, decoquo, consumo. In epistola Octauij. M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, æxarium exhaustum, minuebat vestigalia.

D I I A R G I O R , donec. 2. con. Rull. 8. 0. L. Sylla, qui omnia sine villa religione, quibus voluit, dilargitus est.

D I I A T A T V S. de Clar. 3. 09. Ita iusta eloquentia, quam dialecticam dilatata esse putant. 3. de Leg. 3. 2. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum coangustari etiam potest. 1. Offic. 7. 6. Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur.

D I I A T O , collato, latè explico, propago.) (.coanguſto, coarcto, angustiſſimo reficio. pro Fl. 12. Sed non dilatabo orationem meam: erenim posset esse infinita. Or. 1. 13. Dilatare manum. de Cl. 2. 5. 9. Dilatare literas. 3. de Natur. 2. 2. Istum enim locum illa vetus Zenonis brevis cōclusio dilatauit. Part. 2. 3. Ex verbo dilatare orationem.) (.ex verbo corrabor. Ibid. 1. Cato nullū sequitur flôrē orationis, neq; dilatat argumentū, sed, &c. 4. Acad. 42. Sed ita dilatauit, &c.

D I I A T O R. de Somn. 16. Vestra gloria quantis in angustiis se dilatari vult. 1. de Nat. 2. 0. Hæc enim que dilatantur à nobis, Zeno, sic premebat. 3. de Fin. 4. 9. Vtrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant. * Hortens. In continentibus terris vestrum nomen dilatari potest.

Syntaxis. *Lex in cunctum ordinem dilatata. Dilatatum imperium, oratio, argumentū. Fundi & dilatari gloriam in angustiis orationem.*

D I I A T O , prolatio, mora, retardatio, procrastinatio. 3. A. 2. Que est igitur expectatio? aut quæ vel minima dilatio temporis? pro Pomp. 2. Dilatio comitiorum.

T A D I V N C T. Minima temporis, 13. Phil.

D I I A T V S. 3. de N. 1. 8. Eodemque etiam illa differemus. Bru. 16. Vereor ne in breve tempus dilata sit abs te pernicias. Ibid. 1. Si ea, quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata. 2. de Ora. 1. 4. Bonam sermonis partem in alium diem esse dilatam. 16. At. 1. 8. Res ab iis à Calend. Iun. dilata est ad in. nonarum Iun. 1. 13. Comitia in vi. Calend. Sextilis dilata sunt. 4. V. 7. 5. Transfacto aut dilato iudicio. 4. de Fin. 1. Cūm ego te habe noua lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac mea causa tempus dilaturum putas? de Pro. 1. 3. Néc tories dilata res esset. 10. Fam. 12. Itaque res dilata est in posterum. 2. Q. Fr. 3. Res in posterum dilata est, Clodius in Quirinalia produxit diem.

D I I A V D O , prædicto. 6. At. 2. Libri, quos tu dilaudas.

D I I A G E N S , attensus, sedulus, diligentiam adhibens, assiduus. 3. V. 12. 6. Qui in re aduentitia & hereditaria tam diligens & attensus esset. pro Pl. 2. M. Laterensis homo studiosissimus, & diligens

gentissimus salutis mæ. i.de Diu. 94. Cares in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt. 5.V.53. Homo natus & industris, experientissimus & diligentissimus arator. pro Cœl. 73. Q. Pompeius caffissimus vir, atque omnis officij diligentissimus. 1. Qu Fr. 1. Diligentissimus omnium in promerendo, vt sibi magni honores haberentur. Orat. 78. Quædam etiam negligenter diligens. 12. At. 32. Medici assiduitas, & tora domus in omni genere diligens. 2. de Ora. 272. Non amo nimium diligentes, dum Africani censor. 1.C.19. Quem tu ad custodiendum te diligenter sum fore putasti. 1. de Ora. 150. Afsidua, diligens scriptura. 5. At. 4. Literas Pontino de omnibus rebus diligentes das. 1. de Inu. 161. Tribuere aliqui diligenter cultum. 2. de Nat. 71. A diligendo diligens.

Syntaxis. *Diligens & attentus Studiosus & diligens. Omnis officij diligens. In omni genere diligens. Scriptura assidua, diligens.*
DILIGENTER. *accurate, exquisite studiosè, magna cum cura & diligentia.* 16. At. 16. *Studiose diligenterque curare aliquid.* 6. Fa. 5. Liber tuus & legitur à me diligenter, & custoditur diligenter sum. 1.A.38. Et sum à vobis benignè ac diligenter auditus. 1. de D. 7. *Diligenter etiam atque etiam facere aliquid.* de Cl. 86. Iterum multò diligentius, meliusque dixit.
DILIGENTIA, *assiduitas, sedulitas.* 2. Att. 15. Terentia pergrata assiduitas tua & diligentia. Amic. 91. Omnis in hac re habenda ratio & diligentia est, vt, &c. 2. de Orat. 147. *Ipsum ingenium diligentia, etiam ex tarditate incitat.* ibid. 148. *Diligentia cùm omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimum valet:* hac præcipue colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur. ibid. 150. *Reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilancia, labore, complectat uno verbo: quo sæpe iam vsi sumus, diligentia: qua una virtute reliqua virtutes omnes continentur.* 1. Offic. 103. *Excitanda est animaduersio & diligentia, vt ne quid temere ac fortuito, in consideratè negligenterque agamus.* pro Mur. 86. *Mea summa & vobis cognita in tempore diligentia.* Top. 5. *Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque ad memoriam rerum nostrarum excitarem.* 1. de Orat. 260. *Demosthenes impedimenta nature diligentia industriæ superauit.* 1. de Inu. 70. *Magna cura & diligentia scribere aliquid.* 4. ad Her. 29. *Diligentia comparat diutias, negligenter corrumpt animum.* Ibid. 36. *Diligentia est accurata conferatio suorum.* 10. Fa. 1. *Conferre diligentiam ad aliquam rem.* 1. Offi. 138. *Domus finis est vius, ad quem accommodanda est edificandi descriptio: & tamen adhibenda dignitatis commoditatique diligentia.* *Oecon. 1. *Cum & curam & diligentiam ea desiderarent.* ibid. *A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam.* Ibid. *Hunc sexum custodie & diligentia assignauerat natura.* ibidem. *Partis opibus æquæ fuit opus memoria & diligentia.* Ibid. *In re familiari labiorum est negligenter quam diligentia.* Oecon. 2. *Qui me absente in meū locū substituit, & vicarius meæ diligenter succedit.*

TADIVNC. *Accuratisima, 7. Attic. Acerbissima, amplissima, pro Corn. Balbo. Artificiosa, 1. de Inu. Crudelis, pro Syl. Egregia, noua, singularis, 7. Vert. Excellens in re aliqua, 2. Famil. Grata, 12. Famil. Inanis, inepta, misera, miserabilis, molesta, 3. At. Incredibilis, pro Mur. Magna, 10. Famil. Maior, summa, 4. Tusc. Non mediocris, 4. Acad. Minuta, in Part. Niunia, pro Mil. Pergrata, 2. Att. Plena simulatum, pro Flac. Priuata, in Vat. Tanta, pro Cec.*

Syntaxis. *Studiose diligenterq. Fac diligenter etiam atque etiam. Assiduitas & diligentia. Excita animaduersiōnē ac diligentiam. Diligentia & industria. In hoc diligentiam confero.*
* **E N D O.** antiqua præpositio pro In. 3. de Orato. 169. Or. 149. Quam lepidè lexeis compoſta, vt tesserulae omnes Endo paumento atque emblemate vermiculato. || alijs arte paumento, legunt.

E N D Y M Y O N. 1. Tusc. 92. Endymion verò, si fabulas audire voluimus, nescio quando in Latmio obdormiuit, &c.

E N E C T Y S, confectus, exhaustus. 2. de Diu. 73. Aus fame enecta in offaam pultis inuidit. 1. Tusc. 10. Siti enectus Tantalus. 1. de Diu. 61. Ea parte animi, nec inopia enecta, nec satietae affluenti. 6. Att. 1. Sic Appius cum ēzāpētēs prouinciam curavit, sanguinem miseric, quiquid potuit detraxerit, mihi tradidit prouinciam enectam, & neq; orat. 142. Non nullæ eriam valetudinis significations, vt hoc ipsum pleni enectimur, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur.

E N E R V A T Y S, debilitatus, effeminatus. pro Sest. 24. Homo eneruatus & exsanguis. 4. Tusc. 38. Mollis & eneruata oratio. 2. 15. Eneruata muliebrisque sententia. 2. Att. 14. Vnde eò eneruatus, vt, &c. I.P. 82. Afflictus, infirmus, & eneruatus reus.

E N E V O 6, d bilit: de Sen. 32. Sed tameu non plane me eneruauit, non affixit senectus.

E N E K V O 6. Orat. 129. Tantum abest, vt eneruetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit.

† **A D V E R B.** Planè, & affigere, de Sen.

E N G O N A S I S, Nixus, Hercules. 2. de Nat. 108. Engonasm vocant genibus quia nixa feratur. In Arat. — Ille vagans vulgato nomine Nixus.

E N G V I N I, populi. 6. V. 97.

E N I M, nam, námque. 1. de Nat. Terra enim prosectò pars mundi est. Ibid. Nihil habebam quod scriberem; de rep. enim nihil scribere possum, neque enim quod sentio liber dicere. 4. V. 81. Attendite enim diligenter, cognoscetis, &c. 11. At. 15. enim per- ¶ uellem. || 12. 9. Adestit enim dies, & ille currit. 11. 15. Ille enim videtur Alexandriam ita tenere, vt eum scribere etiam pudeat de illis rebus. 2. de Inu. 52. At enim qui patria potestate, hoc est, priuata quadam, tribunitiam potestate, hoc est, populi potestate confirmat, minuit is maiestatem. 3. V. 148. At enim pupillo redimi non licebat, non necesse erat rem ad ipsum peruenire. 3. de Or. 4. 9. Faciles enim, inquit, Antoni partes ea fuerunt, duæ, quas modo percurri. Ibidem. 5. Verum enim Oratori, quæ sunt in hominum vita quandoquidem in ea versatur Orator, atque ea est ei subiecta materies, omnia quæsita, auditæ, lectæ, disputata, tractata, agitata esse debent. 3. Offi. 43. Ponit enim personam amici, cùm induit iudicis. 2. Tusc. 14. Quid enim est minus dignum, quæ tibi quidquam peius videri dedecore? 11. At. 12.

E N I M V E R O, verū enim, at enim, profecto. 1. 19. Hoc enimuerò nunc discere aeo, hoc ego quid sit, interpretari non possum. 3. V. 66. Enimuerò ferendum hoc non est. 1. de Orat. 105. Enimuerò, inquit Crassus, &c. 1. Qu. Fr. 1. 21. Enimuerò si vnu homo, &c. quāra tamen pecunia, &c. 5. V. 65. Enimuerò iste ridere, &c. 6. 149. Ille enimuerò negat, & ait, &c. 7. 101. Illi enimuerò se ostendunt quod veller esse facturos.

* **Syntaxis.** At enim si Verū enim licebit. Attende enim.

E N I T E N D V M. 1. de Orat. 14. Nemo ferè laudis cupidus adoleſcens, non ſibi ad dicendum ſtudio omni enitendum putauit.

E N I T E O, clareo, emineo. 2. Att. 1. In Philippicis orationibus enuit Demosthenes. de Clar. 215. Crassi magis enitebat oratio. 2. de Orat. 125. In quibus hoc maximē enuit, quod tibi omnes

dant acumen. pro Mur. 32. Quo quidem in bello virtus enitit, egregia Mar. Catonis. pro Fl. 17. Athenæ non ſolum in Gracia, fed prop̄ cunctis gentibus enitebant. 2. de Inu. 5. Fortaffe magis hoc ſuo in genere opus noſtrum, quæ illæ in ſua pictura nobilis enitet. 2. Tusc. 13. Eſi in ſegetem ſunt deteriorē data fruges, ipſe tamen ſuapte natura enitent. 1. de In. 4. Studia recta ab optimis concelebrata enitent. 4. ad Heren. 9. Non poſſe vnu in omnibus elocutionis partibus enitere.

E N I T E S C O, ſplendesco 4. ad Heren. 58. Quæ cum ſumma laude enitent.

E N I T O R, elabore, connitor, contendō. 9. At. 18. Tu nunc omni anno re enitere, vt nos iuves. 3. Qu. Fr. 9. In quo enitar non mindis quæ ſum enitus in noſtro. 1. Offic. 42. Qui ſtadium currit, eniti & contendere debet quæ maximē poſſit, vt vincat. de Amic. 59. Sed potius debet eniti & efficere, vt, &c. 16. 6. At. 18. Enite, elabora, vel potius eblandire, effice, vt, &c. 9. Fam. 13. Eniti, contendere, perficere aliquid. 14. Atti. 15. Omni ope & opera enitar, vt, &c. 16. 6. Quod quidem certè enitar. 2. A. 23. Nihil prætermiſi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium à Caſaſis coniunctione auocarem. 10. Fa. 4. Quantum virib; eniti, confliſio que prouidere, autoritate monere potero. 4. Acad. 6. Ut plurimis proſimus enitimus. 3. Famil. 10. illud pugna & enitere. Eniti in aliquā re. Quint. de Pet. 20. Elaborare & eniti alicuius cauſa.

† **A D V E R B.** Vigiliatiūs, 6. de Rep.

* **Syntaxis.** Enitor, & In hoc enitor, & hoc, & alicuius cauſa. Eniti & contendere. Eniti, & efficere. Omni ope & opera eniti. Quantum facere, enitique potui. Virib; eniti. Pugna & enitere. Elaborare & enitere.

E N I X F, cupidè, conatā maximo. pro Sest. 38. Meam cauſam omnes boni enixè ſuſcepereat.

E N N A, ciuitas mediterranea Sicilia. 5. V. 192. Enna mediterranea eft maxima.

E N N E N S E S, ſine, vt Plinius, Hennensēs. 5. V. 47. Eunensis ager. ¶ Lamb. legit. Aetnensis. Ibidem. 103. & 104.

E N N I V S. Orat. 36. Ennius non diſcedit à communi more verborum.

E N O, enato. 3. de Fin. 6. If; qui enat, è concha, pinotheres dicitur.

E N O D A T E, explicatē. 1. de Inu. 30. Quæ illius erunt, leuiti attingendo, ſua diligenter & enodatē narrando. 5. de Fin. 27. Hic igitur nobis explicanda ſunt, ſed ſi enodatiūs, vos ignofciēti; huius enim etati, & huic nunc hoc primū fortaffe audiendi ſeruire debemus.

E N O D A T I O, explicatio. 3. de N. 62. Explicatio fabularum & enodatio nominū. Top. 31. Notio, eft cognitio enodationis indigēt.

E N O D A T V S. 2. de Inu. 6. Aristoteles nominatim cuiusque pracepta magna conquisita cura perſpicue conſcriptit, atque enodata diligenter expoſuit.

E N O D O, explico. 3. de N. 62. In enodandis nominib; laborat. ad Her. 14. Deinde contrariae legis enodabimus voluntarem, & eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodum.

E N N O I A. 4. Acad. 22. ēvōlūs enim notitias appellare tu videbare. Ibid. 30. Notitia rerum, quæ Graci tum ēvō. 25. tum ēvō. ¶ vēs, vocant. 3. de Fin. 21. Intelligentia, vel notitia potius, quam appellant ēvō. illi. Lege, ΠΡΟΑΗΥΕΙΣ.

E N S I S, gladius. in Arato. 2. de N. 159. Enij. * 2. de Glor. Qui quondam Hectoreo percussus concidit enſe.

† **A D I V N C T.** Funefus, de Diu. Poëta.

E N T E Δ E X E I A. vide, CONTINVATVS.

E N T E L L I N I, populi. 5. V. 200.

E N T H Y M E M A, contrarium contentio, conclusio ex repugnantibus ſententiis. Topic. 5. Ex hoc illa rhetorū ſunt ex contrariis concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant: non quod non omnis ſententia proprio nomine enthymema dicatur, ſed vt Homerū ſuoper excellentiam commune Poētarū nomen efficit apud Græcos ſuum: ſic cūm omnis ſententia enthymema dicatur, quia videtur ea quæ ex contrariis conficitur acutissima, ſola propriè commune nomen poſſider. cuius generis ſunt: Hunc metuere, alterum in metu non ponere: eam quam nihil acculas, damnas: bene quæ meritam eſſe autumas, dicis malè mereri: quod ſcis, prodeſt nihil: id quod nescis, obſeft. Ibid. 56. Hoc diſſerendi genus attingit omnino veftras quoque in respondendo diſputationes, ſed Philosophorum magis, quibus eft cum Oratoribus illa ex repugnantibus ſententias communis conſluſio: quæ à dialeſticis terius modus, à rhetoribus enthymemata nūcupatur.

E N Θ Ο Y Σ Α Σ M O Σ. Lege, AFFLATVS.

E N V C L E A N D V M. Par. 57. Nec quicquam in amplificationibus nimis enucleandum eft: minuta eft enim omnis diligenta.

E N V C L E A T E. 4. de Fin. 6. Qui grandia ornatē vellent, enucleatū mi-

tē minora dicere. 5.88. Enucleatē dicere de aliqua re. Ora. 28. Eleganter & enucleatē dicere. de Cl. 11. Enucleatē & politē dicere. Ibid. 35. Subtiliter, pressē, enucleatē. 3. Qu. Fr. 3. De aqua & via nihil pratermissi quadam epistola, quin enucleatē ad te perscriberem. || 4. Tusc. 33. Enucleatē disputare.

EN V C L E A T V S, explicatus. 3. de Orat. 29. Genus dicendi acre, acutum, enucleatum. pro Plan. 10. E blandita illa, non enucleata esse suffragia. || Or. 91. Est enim plenius quam hoc enucleatum: quam autem illud ornatum.

EN V C L E O, explicato, enarratio, aperio. 5. Tusc. 23. Hac nunc enucleare non ita necesse est.

¶ Syntaxis. Eleganter & enucleatē dicere. Enucleatē & politē. De re aliqua enucleatē scribere.

EN V D O I. de Leg. 26. Natura homini rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enduit, quasi fundamētae quādam scientiae. alter, enodavit, & rectius.

EN V M E R A T 10.3. de Leg. 23. Sed est iniqua in omni re accusanda, prætermis bonis malorum enumeratio. de Clar. 138.

Quandiu in eorum enumeratione versamur. 1. de In. 45. Enumeratio est, in qua pluribus rebus expositis, & ceteris insinuat, vna reliqua necessariō confirmatur. Ibid. 98. Enumeratio, quā pars conclusionis est, per quam res disperse & diffusè dicta, vnum in locum coguntur, & reminiscendi causa vnum sub aspergūtum subiiciuntur. 1. ad Her. 17. Enumeratione quando vñum, & quot partibus cōstāre debet. || pro Clu. 64. Verūn cūm habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio argumentorum singulorum non est necessaria. 2. ad Her. 47. Enumeratio est per quam colligimus, & cōmonemus, quibus de rebus verba fecerimus. Par. 59. Enumeratio reliqua est, nonnūquā laudatori, suasori non sēpe, accusatori quam reo sapientia necessaria. 1. de Inue. 84. Enumeratio vītiosa intelligitur, si aut præteritum quiddam dicimus, &c. Ibid. 47. Curandum est ne ab exordio, aut à narratione repetatur orationis enumeratio.

† A D I V N C T. Falsa, reliqua, tota, vītiosa. 1. de Inuen. Iniqua, 3. de Leg. Necessaria, pro Clu. Oratoria, de Cla. Utulis. 4. Tusc.

EN V M E R O, persequor, conseqvōr, numero, recensō. Postqu. ad Quir. 5. Quis vestra in me beneficia non modo augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit? 13. Fa. 19. Quā ne singula enumerant, totam tibi domum commendo. 3. At. 7. Non faciam, vt enumerarem miserias omneis. pro S. R. 53. Dicere atque enumerare causas omnes oportebat. 2. de Na. 121. Enumerare possum, ad eum partum capessendum, &c. quā sit in figuris animantium, & quā solers descriptio partium, quāmque admirabilis fabrica membrorum.

† A D V E R B. Copiosē, memoriter. 1. de Nat. EN V M E R O, sum ex actiō disce. pro S. R. 133. In quibus est anthepla illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, vt qui prætereunt preium enumerari audiebant, fundi in vñirecarbitrarentur. Parad. 1. Necnon sēpe laudato sapientē illum Biancam, vt opinor, qui enumeratur inter septem sapientes.

EN V N C I A N D V S. ad Her. 23. Continuatio est orationis enuncianda acceleratio clamofa. de Fat. 16. Multa genera sunt enunciandi: sed nullum distortiū, quām quo Chryſippus vītūr.

EN V N C I A T I O, pronunciatio, enunciatum, effatum, pronunciatum, axioma, de Fat. 20. Omnis enunciatio, quod ἀξιωμα dialektici appellant, aut vera aut falsa est. de Fat. 1. Explicanda vis est ratioque enunciationum, quae Graci ἀξιωμα vocant. || Ibid. 27. Etsi tum non eset vera hæc enunciatio, &c.

† A D I V N C T. Vera, aut falsa, de Fato.

EN V N C I A T V M, effatum, enunciatio. de Fat. 19. Omne enunciatum aut verum aut falsum esse. Ibid. 28.

† A D I V N C T. Verum, falsum, de Fato.

EN V N C I A T V S. pro Mur. 25. Id enunciatis vestris mysteriis totum est contentum.

EN V N C I O, pronuncio, propono, effero, dico. 1. de Ora. 206. Enunciare mysteria dicendi. 1. de Diu. 29. Dirē enunciant euentura, nisi prouideris, id est, significant. 10. Fa. 8. Non enim præteritam culpam videro volo redemisse, sed optimæ mentis cogitata iampridem maturo tempore enunciare. 1. de Or. 119. Ac si quæritis planē quid sentiam, enūciabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui & tacendum putau. || 1. Acad. 6. Enunciare verbis.

¶ Patefacio, aperio, significo. pro S. R. 117. Qui sociorum consilia aduersariis enunciauit. 2. Tusc. 31. Enunciare commissa. 10. Att. 4. Cossinius valde mihi bonus homo visus est, & talis, qualem esse eum tuā mihi literā enunciārant. id est, significarant. 2. cont. Rul. 93. Quid enunciauit?

† A D V E R B. Repentē rem, pro Syll.

EN V N C I O. de Fa. 19. Quod ita enunciatur, descendit in Academiam Plato. 3. de Orat. 166. Cūm res enunciatur ornatūs. 4. Acad. 95. Neimpe fundamentum dialektice est, quicquid enunciatur (id autem appellatur ἀξιωμα, quod est quasi effatum) aut

verum esse aut falsum.

E o, vado, iter facio, iter habeo, iter mihi est, aliquid proficisci, pergo, concedo, iter contendō, iter confero. || Occultiores huius verbi locutiones sunt: ire in consilium, ire in sententiam, pro assentiri, ire in duplum. damnum accipere rem ire, procedere. 3. Qu. Fr. 3. Patiamur illum ire nostris itineribus. 1. C. 20. Ire in exilium, & proficisci in exiliū. 2. A. 78. Celeriter isti & redisti. pro Rab. 1. I. lictor, colliga manus. 1. Fa. 2. Frequentes ierunt in alia omnia. 11. 13. Quacunque iuit, ergaftula soluit. 2. Att. 7. Evidem antequām tuas legi literas, in hominem ire cupiebam.

¶ Progredior, ad res relatum. de Ami. 43. Quod quidem vt res ire cōcipit, haud scio an aliquando futurum sit. 4. Att. 16. Incipit res melius ire, quām putāram. Ibid. 22. Prorsus res ibat.

¶ Vēno. 3. Qu. Fr. 1. Ad Pomponium scribas velim, cūm aliquo exhibimus, vt eat nobiscum, puerūmque ducat. 10. At. 18. Is dixit se nōbiscum ire non posse.

¶ Multor, pro Fl. 49. Prætor decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum ieret.

† A D V E R B. Bene manē, 4. At. Certē, aliquod, 5. At. Frustra, 1. de Di. Melius, prorsus, 14. At. Obuiam, 10. Fam. Obuiam candidatis, pro Mur. Obuiam cupiditati, 3. Ver. Ordinacim, passim, 11. Famil. Pedetentim, 2. Tu. Tardē, 3. Att. Tudo, 12. Phil.

E o, idcirco. 1. At. 8. Vindemio las meas eō reseruo, vt illud subsidiū senectuti parem. 3. de Orat. 185. Quod eō sēpius testificor, vt, &c. Ibid. 187. Sed eō te non interpellau, &c. 1. Fa. 69. Eō pluribus scripti, vt, &c. 5. de Fin. 13. Eō separanda fuit, &c. quia, &c. 3. ad Her. 7. Eō feci, non quōd, &c. sed, &c.

¶ Ad illum terminum. 10. Fa. 7. Sed vsq; mihi temperau, dū producerem eō rem, vt dignum aliquid consulatu meo efficierem. 1. ad Her. 14. Si non ad extremum, sed vsque eō, quo opus erit persequemur.

¶ Tandem, cum vocibus Magis, Maximē, Etiam magis: & cum comparatiū nominum & adverbiorum, Plus, Minus. 9. At. 3. Ille confidebat, & eō magis, quōd, &c. 1. Offi. 74. In magnis animis id plenumque contingit, eōque magis, si, &c. 11. At. 12. Eō maximē quōd, &c. 16. 18. Nunc, mi Capito, scio enim quantum semper apud eos, quibuscum sis, posse soleas, eō plus apud hominem facillimum Plancum enitere, vt, &c., Fa. 10. Et eō minus, quōd me frigus Dalmaticum illinc eiecit. pro S. R. 86. Tenuitas huius eō magis eluet, quōd magis occultatur. 2. Tusc. 57. Vt baliste lapidum eō grauiores emissiones habent, quo sunt contente vehementius: sic plaga hoc grauior, quōd est missa contentius. 2.

‡ At. Quanto magis, &c. eō celeriū, &c. 11. 15. Alij interclusi non veniunt in dubium de voluntate, eō minus scilicet cūm se expedierint & vñā esse cōsperint. 1. 16. Et eō magis, quod porroris Italiæ sublati, agro Campano diuisi, quod vēctigal supereft domesticum præter viceſimam, aliās, vicenteſimam. de Amic. 7. Itaque ex me quarunt credo, & ex hoc item Scāuola, quōdnam pacto mortem Africani feras: eōque magis cum his proximis Nonis cūm in hortos, &c. tu non affuisti. Ibid. 73. Aut etiam exprobrant, eōque magis si aliquid habere se putant. 12. Att. 14. Ego vsque eō sum eneruatus.

EPHEBVS, puber. 1. de Nat. 80. E gregibus ephborum vix singuli reperiabantur pulchri. pro Flac. 51. Quem tu ephbum cognovisti. 2. de Orat. 326. Nam i postquā excessit ex ephebis.

EPHEMERIS, liber, seu commentarius, in quem quotidiana actiones referuntur. pro Quin. 57. In memoriam reddit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis, pridie Cal. Febr.

EPHESIVS. 1. de Diu. 47. Ephesiā Dianā templum. 3. A. 15. Trallianam, aut Ephesiām putes dicere.

EPHESVS, urbs in Asia. 5. Att. 13. Ephesum venimus ad XI. Cal. Sextil.

EPHIPPIA, stragula, quibus insternuntur equorum ornamenta, praesertim vērō ea quam vocant sellam. 3. de Fin. 1. 5. Puto concedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur, si quando minūs occurret Latinum: ne hoc ephippiis & aclarophoris potius quam proegmenis & apoprogmenis concedatur.

EPHORI, quāsi Tribuni apud Lacedæmonios. 3. de Leg. 16. Quare nec ephori Lacedæmonē fine causa à Theopompo oppositi regibus, nec apud nos consulibus tribuni. 1. Offic. 80. Et Lacedæmonij Lysandrum ephorum expulerunt. || 1. Tusc. 100. Cūm Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantoperē contempserit, vt cūm ad eam duceretur, damnatus ab ephoribus, & eset vultu hilari atque lato, &c.

EPICHARMIUS. de Pet. con. 30. Quamobrem ἐπιχαρμεῖ illud teneto.

*EPICHARMVS. 1. At. 16. Vt crebrō mihi vafer ille Siculus infusurē Epicharmus cantilenam illam suam. 1. Tusc. 15. Sed tu mihi videris Epicharmi acuti nec insulsi hominis, vt Siculi, sententiam sequi.

EPICHEIREMA, ratio, argumentum, argumentatio. 2. ad Heren. 2. Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρημα appellant. 1. Attic. 11. Si vñquā mihi ἐπιχειρημα suppeditarunt illo tempore: quid multa?

EPICRATES, id est, Pompeius. 2. Att. 3.

EPICTETVS, id est, Phrygia. 4. Fam.

EPICVREVS, voluptarius. 1. de Nat. 15. Caius Velleius ad quem sum Epicurei primas deferebant. || 2. de Diu. 39. de Or. 60. Epicureorum Philosophia suscepit patrocinium voluptatis. 2. de Fin. 8. Et multi Epicurei fuerunt, & hodiè sunt, in amicitiis fideles, & in omni vita constantes & graues, nec voluptate sed officio consilia moderantes. Ibidem. 12. Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de Narthesio, promant, si grauis, breuis, si longus, leuis. 1. de Finib. 25. Et quod queritur sape cur tanta multi sunt Epicurei, sunt aliae quoque causæ, sed multitudinem non allicit, quod ita putat dici ab illo, recta, & honesta quæ sunt, ea facere ipsa per se lætitiam. de Aug. in fr. Epicurei plures volunt esse ccelos. 3. Tuscu. 50. Et queruntur quidam Epicurei, viri optimi (nam nullum genus est minus malitiosum) me studiose dicere contra Epicurum. 2. de Fin. 39. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.

EPICVREVS, Philosophus à succurrendo & subueniendo dictus, quod Graci dicunt ἐπικρέτης, quod alludens Cicero in Acad. dixit: Nam qui voluit subuenire erroribus, Epicurus est. 3. Offic. 116. Cyrenaicus obsoletis floret Epicurus. 9. Famil. 10. In Epicuri nos aduerfari, nostri castra conieciimus. 1. Acad. 6. Si Epicurum, id est, si Democritum probarem, || 1. de Diuin. 5. Reliqui omnes præter Epicurum, balbutientem de Natura decorum diuinationem probauerunt. 1. de Natu. 97. Epicurus non sexcenta millia esse mundorum, sed inumerabilia ausus est dicere. 1. de Fin. 18. Epicurus censet illa indiuidua, & solidia corpora ferri suo deorum pondere ad lineam. 2. de Diu. 40. Deos enim iocandi causa induxit Epicurus, pellucidos, & perlubiles, & habitantes. 5. Tus. 93. Vides, credo, vt Epicurus cupiditatum genera diuisit non nimis subtiliter, vtiliter tamen. de Fin. 19. Ita & semper verum fuit, morietur Epicurus, cum duos & septuaginta annos vixerit Archonte Pitator. 2. de Fin. 8. Epicurus quamvis comis in amicitiis tuendis fuerit, tamen si hec vera sunt, (nihil enim affirmo) non fuit satis acutus. 1. de Nat. 69. Epicurus cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset eorum motus certus & necessarius, inuenit quo modo necessitatem effugeret. 2. Tus. 17. Sed Epicuro, homini aspero, & duro, non est hoc satis in Phalaridis tauro si esset, dicit quam suave est hoc. 5. 88. Epicurus de dolore certa habet quæ sequatur, quorum magnitudinem breuitate consolatur, longinquitatem leuitate. 3. 33. Epicurus letationem ægritudinis in duabus rebus ponis, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates. 4. Acad. 79. Eò enim rem dimittit Epicurus, si vnu sensus, semel in vita mentitus sit, nulli vnuquam esse credendum. Ibid. 45. Num qui voluit subuenire erroribus Epicurus iis qui videntur conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse, opinionem à perspicuitate leiuengere. 1. de Finib. 63. Optime vero Epicurus, quod exiguum dixit fortunam interuenire sapienti, maximisque ab eo, & grauissimas res, consilio ipsius, & ratione administrari, nec maiorem voluptatem, ex infinito tempore ætatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur quod videmus esse finitum. Vide plur. 1. de Fin. 22. 27. 1. Acad. 6. 2. de Diuin. 39. & 103. 2. de Nat. 82. 3. Tuscul. 49. 2. de Nat. 116. 2. Tuscul. 28. 5. 88. 3. Offic. 117. 1. de Leg. 2. 1. 3. de Natur. 2. 1. 15. Famil. 16. 19. 14. 70. & 72. Attic. 22.

EPICVS, hericus. de Opt. 2. Ennius summus poëta epicus. Ibid. Tragici, Comici, Epici, Melici etiam ac Dithyrambici.

EPIDAVRVS, ciuitas in Peloponneso. 3. de N. 83. 4. Fam. 18.

EPIΔEIKTIKON. dicendi genys. Lege, DEMONSTRATIVVS.

EPIΓΕΝΗΜΑΤΙΚΟΝ. Lege, POSTERVS.

EPICONI, Accy tragœdia. 2. Tus. 60. de Opt. 18. 1. Offic. 114.

EPIGRAMMA. pro Arch. 25. Epigramma in eum fecit, tantummodo alternis versibus longiusculis. 1. At. 13. Epigramatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus. 6. V. 127. Epigramma Gracum nobile incisum habuit in basi. 1. Tus. 84. Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est.

† A DIVNC. Pernobile, incisum, Gracum. 6. Verr.

EPILOGVS, peroratio, conclusio. de Cl. 127. Peroratio qui epilogus dicitur. 2. de Orat. 278. Orator in epilogo misericordiam mouet. 1. Tus. 112. Num etiam rhetorum epilogum desideramus? pro Planc. 83. Ut miserabiliores epilogos possem dicere. 2. ad Her. 47. Conclusiones, quæ apud Gracos ἐπιλογης nominantur, tripartita sunt: nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commixtione. 4. de Fin. 22. Patronus caufæ in epilogo pro reo dic.

† A DIVNC. Leuior. Clar. Miserabiliores, pro Plane. Sanè disertus, 4. Attic.

EPMENIDES, vates. 1. de Diu. 34.

EPIPHANEA, urbs. 15. Fam. 4.

EPIPHORA, humoris, distillatio. 16. 23. Balbus ad me scriptis tantæ se epiphora oppressum, ut loqui non possit.

† A DIVNC. Tanta, 16. Famili.

EPIROTICVS. 12. At. 5. 2. 5. 20. 13. Fam. 18.

EPIRVS, regio. 1. Attic. 3.

EPISCOPIVS, nauicula exploratoria. 14. At. 17. Conscendens ab horris in phasellum episcopum.

EPISCOPVS, speculator. 7. 11. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc maritima ora habeat ἐπισκόπον, id est, speculatorem & custodem.

EPISTOLÆ, literæ, codicilli. 1. Q. Fr. 1. 29. Hoc est epistolæ proprium, vt is ad quem scibitur, de iis rebus quas ignorat, certior fiat. 2. Fam. 4. Epistolarum genera multa esse non ignorat, sed unum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod certe aut nostra, aut ipsorum interesset. Ibidem. Reliqua sunt epistolæ genera duo: vinum familiare & iocosum, alterum feuerum & graue. 9. 21. Quid simile habet epistola aut iudicio aut concioni? 5. At. 14. Habes epistolam plenam festinationis & pulueris, reliqua subtiliores erunt. 1. Offic. 37. M. quidem Catonis sensis epistola ad M. filium, in qua scriptis, se audisse eum missum factum esse. 1. At. 17. Ei nunc epistolæ his literis respondeo. 1. Offic. 48. Extant epistolæ Philippi ad Alexandrum. 2. A. 77. Conferimque ad eam deducitur, cùque epistolam tradidit. 6. At. 5. Faccere longiorem epistolam. Ibid. 1. Ecce autem pusilla epistola, quam non relinquam ἀναφένον. 9. Fam. 2. 1. Texere epistolæ quotidianis verbis. 6. Attic. 3. Quin. Cicero puer legit, vt opinor, epistolam inscriptam patri suo. 1. 5. Fam. 16. Hec tertia iam epistola ante te oppressa, quā tu schedulam aut literam. 1. Attic. 12. Iti puer da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. V. 163. Ab epistola Timarchidis lōgiūs digressa estoratio mea.

† A DIVNC. Αὐτοριγάνωσις, pusilla, 6. Attic. Antiquissima, brevis, plena consilij, summæque benevolentiaz, τοιτερη, 9. Attic. Valde bella, grauis, plena rerum, aut intempestiuæ, aut loquax. 4. Attic. Breves, breuer, paulo grauior, liberior, plena festinationis, & pulueris, cum sparsæ sale humanitatis, tum amoris notis insignes, tantula, 1. Attic. Crebra, longæ, gratissima, proxima, 6. Famil. Dignæ aliquo, modestior, 2. Pam. Difertissima, iucunda, iucundior, superior, 7. Att. Dulcissima, elegans, iucundissima, iucundior, prior, 15. Attic. 2. 9. Famil. Extrema, subtiles, subtiliores, 5. Attic. Falsa, pro Flac. Grandis, obiurgatoria, 13. Attic. Grata, inanis, ponderosa, plena omnium non modo actorum, sed etiam opinionum, suauies, suauissima, 2. Att. Hodierna, moderata, recens, 11. Attic. Inanes, odiose, perulata, plena bona spei, quotidianæ, recentissima, vetus, 8. Attic. Innocens, 7. Famil. Interior, maxima, plena stomachi, & querelarum, proxima, suavis & grauis, peruetus, 3. ad Q. Frat. Iracunda, primum iniquæ, deinde contraria, postrem in aliquem contumeliosæ, longissima, selectæ, 1. ad Q. Frat. Longior, plenior, ep. ad Brut. Longiores, molestæ, 4. Fam. Minuscula, plena iucunditas, 2. ad Q. Frat. Multæ, 14. Famili. Optima, per humana, 16. Attic. Plena omnium probrorum, 11. Att. Pleniores, 11. Fam. Praeclaræ, 5. Tus.

‡ Syntaxis. Epistolam facere longam, ponderosam, contextam quotidianiæ verbis.

EPIATHIVM, Platonis liber, & sepulcri inscriptio. 5. Tuscul. 36. Videturne omnem hic beatam vitam in una virtute ponere quid vero in epitaphio? quomodo idem? 12. Att. 2. 8. Vetus illud ἐπιτάφιον quemadmodum scripsisti, vel ἐπιτάφιον putabo.

EPIOME, & EPIOMA, quod alij autores, nique boni, compedium appellant, liber est, qui capita modò & summas rerum complevit. 13. 8. Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas. 12. 5. Conturbor enim epitome Faniana. Ibidem. In Bruti epitoma Fannianorum scripsi.

EPOCHE. 4. Acad. 5. 9. Ex his illa necessario est εποχη, id est, assensionis retentio.

EPOREDIA, urbs. 11. Fam. 21.

EΠΩΔΟΣ. Lege, INSINATIO.

EPORTVS, portus, pro Clu. 168. Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis. Ibid. 163. Venenum epotum.

EPULE, cibi prestantes, in Vat. 30. Ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. 2. de Fin. 101. Itēmque omnibus mensibus vice primo die luna dent ad eorum epulas, qui vna secum philosophati sunt. Top. 15. Sed quoniā audiunt hominem ad has dicendi epulas recipi, sic accipiā, vt reliquiarum sit potius aliquid quam te hinc patiar non satiatum discedere. de Ar. 21. Libationes epulæ que ludorum. 1. de Diu. 6. 1. Mens saturata bonorum, cogitationum epulis. 5. Tus. 62. Mensa conquistissimis epulis extruebantur. 1. de Fin. 5. 1. In quibusdam nec libidinum, nec epularum, nec reliquiarum cupiditatum modus. || de Clar. 7. 5. At vtinam extarent illa carmina, qua multis seculis ante suam extateni in epulis esse cantata à singulis conuiuis, de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato. 1. Tuscu. 3. Quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuius ad tribicinem de clarorum virorum virtutibus. Ibidem. 4. Themistocles cum in epulis recusat Lyram, habitus est indoctor, pro Flac. 95. Sepulchrum L. Catilinae Floribus ornatum hominum audacissimum, ac domesticorum hostium conuentu, epulissque celebratura est. 2. Offic. 55. Prodigii, qui epulis, & viscerationibus, & gladiatori munieribus, &c. pecuniam profundunt. 2. de Leg.

63. Sequebantur epulæ, quas inibant parentes coronati. † A DIVNC.

[†] A D I V N C T. Conquisitissimæ, 5. Tusc. Funestæ, 3. de Nat. Horribiles, Arat. Moderate, de Senec. Profusa, quotidiana, pro Mur. Pulcherrimæ, 10. Fam. Solennes, 3. de Orat.

E P U L A N D U M, 2. de Fin. 90. Tenuissimo vietu non minorem voluptatem percipi, quā rebus exquisitissimis ad epulandum.

E P U L A R I S, de Sen. 45. Accubatio epularis amicorum, 3. de Ora.

70. Ludorum epulare sacrificium.

E P U L A T I O, Occo, 1. Quæ ad mensam quotidianam atque epulacionem pertincent.

E P U L A T V S, 1. Tusc. 113. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, pro Flac. 17. Nuper epulati paulò ante omnī largitione saturati Pergami, &c.

E P U L O N E S, perfecti epularum, qui epulas Ioui cateriq; dijs insti- tuendis potestate habebant, 3. de Orat. 70. Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt. de At. 21. Epulones Iouis Opt. Max.

E P U L O R, coniuicor, epulas do, 5. Att. 9. Cum oppiparè epulati essemus hilarem in modum. de Sen. 45. Epulab; igitur cum sodalibus omnino modice, 2. de Orat. 353. Hoc interius spatio conclave illud, vbi epulatur Scopas, concidit, 9. Fa. 26. Deinde ne amicis nihil tribamus, epulamur vñā non modō non contra legem, sed etiam intra legem, pro Dom. 62. Consules epulabantur, &c. 2. de Fin. 16. Credo quidem vos nec in dolore, nec in voluptate esse, cūm in voluptate sit, qui epuletur: in dolore qui torqueatur.

[§] Syntaxis. Epulari oppiparē, hilarem in modum. Hic mirificam aduertere phrasim pro hilare, hilarem in modum. Epulari intra legem. Epula dicendi, & cogitationum.

E P U L V M, coniuicium publicum pro Mur. 75. Cum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret. I. V. 30. Vt in epulo Qu. Arij cum togā pulla accumberet. Ibid. Epulum funebre. Ibid. 32. Epulo magnificentissimo famem illam tuam veterem non expleras.

[†] A D I V N C T. Funebre, magnificentissimum, in Var.

[§] Syntaxis. Epulum dare alii nomine aliuine. Sepulchrum epulus celebrare.

E Q Y A. 2. Diu. Is quomodo equa pariat, ignorat. 4. V. 20. Greges nobilissimorum equarum abacti.

[†] A D I V N C T. Nobilissimæ, 4. Ver.

E Q Y V S, qui equo meret, vir orainis equestris, pro Deiot. 28. Cūm is in illo nostro exercitu equitaret, cum suis dielectis equitibus. 8. At. 19. Equitum & peditum copia, pro Clu. 152. Equites ordinis Senatorio dignitate proximi, pro Qu. R. 42. Clivius, quem tu si ex sensu spectas, eques Rom. est, pro Fotei. 16. Illi equites Rom. quos nos vidimus, qui nuper in Repu. & in iudicis maximis floruerunt, pro Flac. 4. Equites Rom. iudicabant, principes eius ordinis quinquaginta, 2. de Or. 199. Equites Ro. apud quos tum iudices causa agebatur. Anteq. 29. Equites Rom. quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possident coniunctam, quorum factis gloriantur ciues, latentur socij, gemunt hostes, &c. pro Pl. 12. Equites, equestris splendor, idem.

[†] A D I V N C T. Auxiliarij, 2. Fam. Boni & locupletes, de Pet. Conf. Coniunctissimi concordia, pro Cec. Cupidi, 1. de Inue. Dignus contumelia, non obscuri, neque ignoti, sed honesti, & illustres, spectatus, atque honestus, 5. Ver. Honestus, 13. Fam. Cum primis honestus, idem eruditissimus, & Græcis literis, antiquitatisque nostra, scriptorūque veterum literat peritus, 3. de Orat. Honesti & graues, pro Flac. Honestissimus, atque alii amicissimus, 2. Phil. Honestissimus, splendidus, & gratiosus, 6. Ver. Non optimi & veteres, pro Deiot. Quam multi, pro Font. Locuples, 3. Ver. Ornatisissimus, pro Mil. Nudi, 1. Att. Plurimi, lautissimi, & honestissimi, 5. Phil. Proximi dignitate ordini Senatorio, pro Clu. Splendidus, 3. de Nat. Imprimis splendidus, arque honestus, 4. Ver. Splendidissimus, 7. Ver.

E Q Y E S T R, vel E Q Y E S T R I S, quod equitum est, pro Plan. 87. Equester ordo, pro S.R. 140. Equestris splendor, 6. V. 122. Equestris pugna Agathoclis regis, 2. de Fin. 1. 12. Equestres pedestres, que copia, 1. contra Rul. 27. Cicero equestri loco ortus, 1. Qu. Fr. 2. Homo leuis, sed tamen equestris incessu Catienus, 4. V. 150. Statua equestres inaugura, 9. A. 13. Statua ænea pedestris, vel equestris, 6. 12. Aspice equestrem illam statuam.

[§] Syntaxis. Ordo, locus, splendor, pugna, copia, statua equestris.

E Q Y I D E M, ego quidem, ego vero, & quidem, quidem, 6. Att. 3. Equidem doleo non me his literis certiore fieri, &c. 2. Fa. 10. Equidem nunquam domum misi vnam epistolam, quin esset ad te altera, 2. de Leg. 1. Equidem, qui nunc primum huc venerim, satiar non quo, &c. 6. Fa. 4. Equidem cum hac scriberam, putabam, &c. 14. Att. 15. Quod admiror equidem, pro Plan. 30. Emis-sus aliquis ē carcere, equidem emisus (vt cognoscis) optimi adolescentis rogatu, 13. At. 26. Equidem id erat primum. [¶] alias, & quidem, 2. de Di. 144. Huic equidem Antiphō, tu vero, inquit, &c. 3. At. 1. Adhuc equidem valde me pœnitit, &c. 5. Tusc. 100. Vestra equidem econtra iucundæ sunt, 3. de Fi. 9. Si equidem sa- pius ista loquemur inter nos, 13. At. 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die.

E Q Y I N V S, 5. Tusc. 62. Gladius ē lacunari seta equina appensus.

E Q Y I T A N D O, 2. Offic. 45. Equitando, iaculando, &c.

E Q Y I T A T V S, equitum mantes & turme, 9. Att. 15. Hunc ita paratum video equitatu, peditatu, &c. 6. 2. Sed iam quid opus equitatu? Fa. 1. Armatura varia peditatus & equitatus, 5. A. 6. Lege, P E D I T A T V S.

[†] A D I V N C T. Satis idoneus, magnus, magnus & firmus, permagnus, reliquæ, 15. Fam. Integer, mediocris, 10. Famil. Maximus, 9. Phil. Optimus, ep. ad Brut.

E Q Y I T O, quo vehor vel advehor, in equo vehor, equo iter facio, in equo sedeo, pro Deiot. 28. Cūm is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, 3. de Nat. 1. Eos qui semel cre- mati essent, equitare posse, 6. V. 43. factabit se, & in his equitabili equuleis: emi, pecuniam solui. Ibid. Equulei argentei nobiles. Lege, E C V L E V S. Hortens. Ut fame debilitetur equulorum ni- mis efficiata vis.

[†] A D I V N C T. Nobiles, argentei, 6. Ver.

E Q Y V L E V S, junior equus, equuleus, 2. de N. 38. Ut in equo quam in equulo.

E Q Y V S, de Am. 70. Nemo est qui non equo, quo consuevit, liben- tius utatur, quam intractato & nouo, pro Milo, 28. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, 7. V. 27. Eam nemo vñquam in equo sedentem vidit, 2. de N. 6. Castor & Pollux ex equis pu- gnare vñ sunt, 13. Att. 50. Cum Cæsar præteriret, omnis arma- torum copia, dextera, sinistra, ad equum, nec vñquam alibi, 16. 6. Vtrunque sinum pedibus & equis transmisimus, I.P. 60. Legati in equis & tribuni, 2. de D. 140. Equus in quo vehebar, mecum vñā demersus, rursus apparuit, 1. de D. 58. Cūm tu equo adue- stus, &c. 1. A. 20. Qui equo meruisset, de Sen. 34. Cum ingressus iter pedibus est, in equum omnino non ascendit: cum equo, non descendit, pro Deiot. 28. Deiotarum cūm plures in equum su- stulissent, vix hærere in eo senex poterat, 6. Att. 1. Rheda equis vecta, pro Cl. 175. Is ex equo cecidisse dicitur, & latus offendisse vehementer, pro Mur. 11. Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filij solebant. Postqui, in Sen. 27. Equis insignibus & curru aurajo in patriam reportari, 16. Fa. 9. E quum & mulum Brundisij tibi reliqui, 1. Offic. 90. Equis propter cre- bras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, vt his facilioribus possint vti, 2. Q. Fr. 14. Sic ego te s̄pē excitante cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis, 4. Acad. 9. 4. Ego enim vt agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo, & que magis, si locus is, quo ferentur equi, præcepit erit.

[†] A D I V N C T. Aeneus, pretiosus, 3. Offic. Alacer, 1. de Diu. Alibi, 2. de Nat. Facioli, 2. Offi. Fortis, Arat. Fortis, & visor, de Sen. Inanis, 4. Ver. Insignes, post Red. ad Qu. Intratatus & nouus, veruli, (. teneri, de Amic. Melior, 1. de Inu. Nobilis, pro Clu. Publicus, 6. Philipp. Vestigiales, 2. Phil.

[§] Syntaxis. Expeditus in equo, Sodens in equo. Ex equo pugnare. Pe- dibus & equis trahere flumen. In equo vehi. Equo advehiri. Equo mere- re. In equum aliquem tollere. Equis insignibus reportari. Tarditatem corrigere tum equis tum velis. E quum sustinet agitator callidus.

E Q Y V S, pro saxo unde precipitatus est Dalphyta, de Fa. 5. Quid enim si Dalphyta fatum fuit de equo cadere, atque ita perire ex hoc- ne equo, qui cum equus non esset, nomen habeat alienum?

E R A N A, vrbis, 15. Fam. 4.

E R C I S C O R. Lege, H E R C I S C O R.

E R E B V S. De Erebō & nocte eorumq; filij, 3. de Nat. 44.

E R E C T V S, stans, celsus, 2. 40. Deus homines humo excitatos, cel- fos & erectos constituit. Orat. 59. Status erectus & celsus, pro Fon. 23. Is vagatur latus atque erectus passim toto foro, 1. de Or. 148. Aliquem erectum & celsum huc & illuc vagari, de Sen. 75. Alaci animo & erecto proficisci ad mortem, 5. Tuf. 42. Vir celsus & erectus, & omnia quæ accidere possunt, parva ducens, 4. A. 11. Ardens & erectus ad libertatem recuperandam, 4. 2. Nunc verò multò sum erectior, quod &c. ad Br. 10. Erectior Se- natus cohortationibus vestris excitatus, 2. ad He. 29. Feras bestias videmus alaces & erectas vadere, vt alteri bestiæ noceant, pro Deiot. 36. Magno animo & erecto esse, de Sen. 51. Culmōque erecta geniculato, vaginis includitur, 4. ad Her. 69. Oculis ardentibus, erecto capillo, &c.

[§] Syntaxis. Erectus & celsus homo. Status erectus & celsus, Alacer & erectus animus. Vir celsus & erectus, ad animum referit. Ardens & erectus ad libertatem. Animo erectior.

E R E P T I O, ablato, 6. V. 10. Hac iudices quod putabant ereptio- nem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non licet.

E R E P T O R, direptor, pro Qu. 30. Iste bonorum possessor, expul- sor, creptor, pro Deiot. 81. Eretor ciuitatis, pro Seft. 109. Et ere- tor libertatis.

[†] A D I V N C T. Acerrimus bonorum, pro Quint.

E R E P T V S, pro S.R. 149. Vita Sex. Roscius crepta de manibus se- torum, 1. C. 20. Vita multis suppliciis crepta, pro Att. 2. 1. Vrbem

illam ex totius belli ore ac faucibus creptam esse atque seruata. pro P. Opp. Telum ei manibus creptum est.

† A D V E R T. Nominatim ciuius, Postq. in Senat. Penitus auxilium, in Pis. Subito, de Am. Vndique res, 5. Ver.

E R E T R I C U S . 5. Tusc. 113. Aesclepiades Eretricus philosophus. 3. de Orat. 5. 9.

E R E T R I A S , ab Eretria urbo. 4. Acad. 129. A menedemo, quod is Eretrias fuit, Eretrici Philosophi appellati: quorum omne bonum in mente positum, in mentis acie qua verum cerneretur. alias, Eretriaci.

E R G A , prepositio, aduersum, aduersus, in. 2. de N. 60. Id non sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. 16. Attic. 16. Tua voluntas erga me, meaque erga te par arque mutua. de Am. 5. 6. Ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet ipsos. 2. de Or. 20. In meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus visus sum. pro Dom. 142. Tuum erga dignitatem meum studium & iudicium. 8. Att. 3. Merita Pompeij summa erga salutem meam. pro Qu. 78. Studium quod habes erga propinquum tuum. 1. Off. 4. 7. Habete benevolentiam erga aliquem. pro Do. 3. 1. Cn. Pompej merita erga me. pro Pla. 103. Vestra erga me voluntas commutata est. 2. de Or. 181. Animos iudicium conciliati ad benevolentiam erga oratorem. 1. de Finib. 34. Torquati nostri, quos tu paulo ante tuum memoriter, tum etiam erga nos amice & benevolè collegisti. 1. Fa. 1. Ego omni officio ac potius pietate, erga te ceteris latisfacio omnibus.

¶ Syntax. Tua voluntas erga me meaque erga te par atque mutua. Erga salutem amici. Habere benevolentiam erga aliquem.

E R G A S T V L V M , mancipiorum carcer pro Clu. 21. M. Aurius in Qui. Sergij manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo. pro Rab. 20. Lege, Co m p e s. 11. Fam. 13. Quacunque iuit, ergastula soluit.

E R G O , igitur, causa. 1. Tusc. 19. Nemo ergo non miser, prorsus nemo. 2. de Iu. 125. Ergo is qui scriptum defendet, his locis plerumq; omnia poterit vti. 1. Ac. 7. 4. Num ergo is excusat nos, aut orbis sensibus? 3. At. 2. 3. Si quid contra alias leges, eius legis ergo factū sit. 5. de Fi. 23. Ergo hinc capiamus exordiū. 2. de Leg. 6. 4. Mulieres genas ne radunto, neve lellum funeris ergo habēto. de Opt. 19. Atque ita prædicaretur, eū donari virtutis ergo.

E R I C H T H E V S , rex Athentensium. pro Sest. 48. Erichthei filia. ¶ 3. de N. 49. Est certe Erichtheus cuius Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotē. 1. Tusc. 116. Reperunt ab Erichtheo, cuius filia cupidè mortem expetiuerunt pro vita ciuium. 5. de Finib. 62. Quis Erichthei filias non maximè laudat. 3. de Nat. 50. Erichtheus, Athenis, filiaeque eius in numero deorum sunt.

E R I C I V S , mons in Sicilia. 4. Verr.

E R I C I N A , Venus. 3. Verr.

E R I D A N U S , fluvius, & ut communis est opinio, Padus, in Italia. in Arato.

E R I G O , extollo, exalto. 5. de Fin. 42. Cūm autem paulum firmatis accesserit, & animo vtuntur & viribus, coniuncturisque vt se erigant, & manibus vtuntur. 5. de Fin. 30. Ars agricolaram, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur de Leg. 2. 6. Natura cūm ceteras animantes abieccisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cœlumque conspectum excitauit. 2. de Ora. 187. Inclinantem erigere.). Stantem inclinare. Ibidem. 54. Paulum se erexit, & addidit historia maiorem sonum vocis Antipater.

¶ Excito, inuito, confirmo. Anteq. 14. Quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, eundem tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Pl. 3. 3. Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuilibus, extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat. 8. Att. 19. Possumus etiam nunc rempub. erigere, si communi consilio rem admisstrabimus. pro Deiot. 3. 8. Quibus literis se magis eriam erexit, ab omnique sollicitudine abstraxit. ad Brut. 1. Erexerat se ciuitas in retinenda libertate consentiens. pro Clu. 3. 8. Erigebat animum iam demissum & oppressum Oppianicus. pro Clu. 200. Qui erigere animum, & paulum respirare à metu coepit. 5. V. 2. 12. Erigere & recreare aliquem afflictum. pro Dom. 2. 5. Is ciuitatem ad spem libertatis erexit. 2. contra Rull. 8. 6. Ut recreatus exurgere atque erigere se posset. pro Sest. 68. Ut erigere oculos & viuere videatur. 4. ad Her. 2. Imò erigit omnium cupiditates, & acuit industria. 1. Q. Fr. 3. Nunc si potes, erige te & confirma. pro Syl. 1. 53. Erigite mentes autēsque vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. 3. V. 18. Quo tempore igitur aures iudex erigerat, animumque attenderet. 4. Acad. 11. Ad audiendum animos ereximus. 2. de Nat. 114.

Hic se se infernis è partibus erigit hydra,

E R I G O R . 1. de Fin. 57. Iis bonis erigimur quæ expectamus. Or. 5. 122. Aut erigatur, aut paret se ad dicendum. 2. de Leg. 28.

† A D V E R B. Altè, Arat. Paululum; 2. de Orat.

¶ Syntax. Erigere aliquem, & se. Erectus & excitatus homo ad cœlum conspectum. Erigere & recreare afflictos. Exurgere & erigere se. Erigere se, & confirmare. Erigere aures, & attendere. Erigi: pro inflammati, & latari.

E R I P H Y L E , uxor Amphiarai, que pulchritudine monilis incensa, salutem viri prodidit. 1. de Iu. 94. Eriphyle auro viri vitam vendidit. 6. V. 9. Euriphylam accepimus in fabulis, ea cupiditate, vt cum vidisset monile (vt opinor) ex auro & geminis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet.

¶ E R I P I E N D U S . 2. Offic. 10. Quoram error eripiendus est, omnisi que opinio ad eam spem traducenda, vt honestis consiliis iustisque factis, non fraude & malitia, se intelligent ea quæ velint, consequi posse.

E R I P I O , aufero, adimo, extorqueo. 2. con. Rull. 9. Id totum eripe nobis atque ex manibus extorquere conatus est. 2. de Diu. 79. Cæsar Deiotaro regnum eripuit. 3. C. 1. Hunc mihi timorem eripere. 1. At. 13. Omnem illi ~~nu~~ pno*nu* eripui. 9. 4. Eripi mihi hunc dolorem. 1. de N. 6. Philolophia quæ lucem rebus eripet. pro Sest. 53. Cum ego me ē conspectu vestro eripuisse. de Amic. 8. 9. Eripiere alicui potestatem hominis aspiciendi. pro C. Corn. 2. Potentissimum potestatem hominum collegii eripuit cooptandum sacerdotum. 10. At. 4. Eripi error.

¶ Libero, eruo. 1. de Ora. 225. Eripiere nos ex miseriis, eripite, &c. 2. de Diu. 25. Eripiere aliquem à morte. pro Cl. 70. Si quis eum casus ex periculo eripuerit. in Clod. Integritas tua te purgavit, pudor eripuit. 1. Q. Fr. 1. 16. Cuius tu ex impurissimis fauibus iahonestissimam cupiditatem eripuisti, summa æquitate. 3. Fam. 5. Quam facultatem si quis casus eripuerit, mea tamen in te omnia constabunt. 9. 13. Quod bellum commotum à scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, vt nulla ratione se ab ilia miseria eripere posset. 2. de Orat. 172. Est eiudacm & eripere contra Remp. & largiri pecunias.

† A D V E R B. Ad extremum ē manibus, de Prou. Crudeliter. 4. ad Brut. Impunè, 3. Ver. Omnidē potestatem, aspiciendi, de Amic. Planè alacritatem animi, 3. ad Q. Fr. Priuatum, publicē ē, 7. Ver.

E R I P I O R . Parad. 6. Virtus nec eripi, nec surripi potest. 1. Fam. 5. Sed vereor ne eripiat à nobis causa regia. pro Mur. 82. Nunquam est, cum ego non ex istorum insidiis eripiar atque equalem. 1. de Or. 226. Eripi ex fauibus.

† A D V E R B. Indignissimè, pro Cæl.

E R O D O , corrodo, derodo. Incert. Byturi vites in Campania erodit.

E R O G A T I O , distributio. 9. At. 6. In primis erogatio pecunia.

E R O G A T V S . 5. V. 165. Pecunia publica ex arario erogata, ex vetigibus populi ad emendum frumentum attributa. 7. V. 47. Ostendam multas pecunias isti erogatas in operum locatione falsas esse prescriptas. pro Flacc. 30. Pecunia in classem est erogata.

† A D V E R B. Priuatum publicē, 6. Attic.

E R O G O , curro, distribuo. 1. V. 29. Erogasti pecunias ex arario tuis legibus. 8. At. 5. Tironémque Curio comendes, vt ci. vt petij, si quid opus erit, in sumptum eroget. pro Flacc. 30. Nos hic in mare superum, & inferum, festertia ter & quadragies erogabimus. ubi notandum, hoc verbum de publicis rebus tantum dicit.

E R O G O R . 5. At. 21. Qua ex insula nullus nummus me obtinente erogabitur. 1. Q. Fr. 1. 21. Quanta tamen pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent, erogarentur.

¶ tur. 5. At. 21. Qua ex insula non *vītegōλινας*, sed verissime loquor, nummus nullus me tenente, erogabatur. 1. Q. Fr. 2. Attalus Ipheuenus mecum egit, vt se ne impediens, quominus quod ad Qu. Publени statuum decretum est, erogaretur. 6. Attic. 1. Rescripsi, alterum me molestè ferre, si ego in tenebris latarem, nec audiretur Romæ nullum in mea prouincia numnum nisi in *xs* alienum erogari.

E R R A T I C V S . de Sen. 52. Vitem serpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans coerct ars agricolarum.

E R R A T I O , error. 2. de Nat. 56. In cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest. de Vniu. 19. Deus motum cœli ab omni erratione liberavit.

E R R A T V M , mendum, error. 2. con. Rull. 5. Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur. pro Syll. 64. Pererem veniam errato L. Cecilij. pro Cluent. 1. 33. Nullum ob totius vita, non dicam vitium, sed erratum. 16. Attic. 6. Agnoui erratum meum. 6. 1. Nam illud de Flauio si fecus est, commune erratum est. 16. 21. Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, vt non solum animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. 13. At. 4. Quod appelleretur L. Cursidius in oratione Ligafiana, erratum est meum, sed vt aiunt, *μην μηνον ἀμερητηγ*. 5. Famil. 20. Non meum erratum, sed tuum. * Frag. ep. Defendas velim tolerabile erratum.

† A D V N C . Commune, 6. At. Fabrile, 5. Attic. Intolerabile, 2. Att. Minimum, 6. Verr.

¶ Syntax. Errato suo veniam petere. Agnoscere erratum, Errata atatis meæ magnum mihi afferunt dolorem, cruciatum.

E R R A T A , imprudent. de Ar. 37. Sacrificium tam occultum, quod non modò curiosos oculos excludit, sed etiam errantes.

¶ Vagus. 2. de Nat. 2. Errans & vaga sententia. (.Stabilis & certa. Ibid. 52. Maximè vero admirabiles sunt morus earum quinque stellarum,

Error, labor, peccatum, offendere, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore verborum, error mihi obiectus est, consilio labor, errore capitus sum, in errorem rapior, in culpa sum. 12. A. 5. Cuiusvis hominis est, errare nullius, nisi insipientis, perseverare in errore. 2. 2. 3. In eore malo cum Platone, quamcum istis vera sentire. Ora. 42. Errare autem qui Isocratem non diligunt, cum Socrate & Platone erant, illis ducibus errare, quam hoc magistro eruditiri. 2. de Orat. 8. 3. Quod autem putant, &c. valde mihi videntur errare: omninoque in hoc omnis est error, quod, &c. Orat. 192. Sed & illi priores errant, & Ephorus in culpa est. 5. V. 157. Sed in hoc errat uno, quod, &c. pro Cec. 32. Fac in hoc errare me.

E X C V B O, vigilo, vigilans sum. 6. A. 18. Quamobrem, Quirites, quantum potero excubabo, vigilabo; q; pro vobis. 1. de Iuu. 112. Ut testa relinquerent, & armati in agro excubarent. Ibid. 96. Lacedemonij non contenti vigilantibus curis in Paphthea fano somniandi causa excubabant, quia vera quietis oracula dabant. 4. Tusc. 37. Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improusum possit accidere. 9. At. 12. Et tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo, animo, nec partem ullam capio quietis. 10. Fam. 8. Ex quo inrelligi potest, curam reip. summe defendet iampridem apud nos excubare.

¶ Syntaxis. Excubare vigilare, pro aliquo. Animo excubare, & nullam capere partem quietis. Apud me cura hac excubat.

E X C V D O, compono, elucubo. 15. Att. 26. Tibi de gloria excubam aliquid, & cœlēdo, quod lateat in thesauris tuis.

E X C V L P O. 13. 28. Tamen nescio quid è queru excusseram, quod videretur simile simulachri.

E X C V L T V S, ornatus, decoratus, prædictus, institutus. de Cl. 95. C. Tuditanus omni vita atque vietu excultus atque expoliatus. 1. Tusc. 62. A quibus mansuefacti & exculti à necessariis artibus ad elegatiora defluximus. Ibid. 4. Nec quid nesciebat, satis excutus doctrina putabatur. 5. 39. Humanus animus si est excutus, &c.

fit perfecta mens. 2. Offi. 15. Quibus rebus exculta hominum vita plurimum distat à vieti bestiarum. Ora. 48. Ingenia quæ disciplina exculta sunt. * de Consolat. Quorum ingeniis & inventis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus.

EXCVREN. 78. Productiora alia, & quasi immoderatiū excurrentia. 5. At. 5. Summa excurrens DCCCXX.

† A D V E R B. Immoderatiū, Orat. ad Brut.

EXCVRRO. 10. 17. Ego dum naues & cætera parantur, excurro in Pompeianum. 14. 17. Cupio excurrere in Græciam. 1. 1. Fortasse excurremus mense Septembri legati ad Pisonem. 3. V. 67. Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nunciet. 3. Fam. 7. Mandaui vtrique, vt ante ad me excurrent, vt tibi obuiam prodire possem. 2. cont. Rul. 86. Excurrere ex Africa, & imminere excurrunt. 1. de Diu. 14. Quorum animi spretis corporibus euolant & excurrunt foras. pro Mur. 18. Campus in quo excurrere virtus & cognosci possit. de Clar. 271. Itaque tantos processus faciebat, vt euolare, non excurrere videretur. Orat. 170. Orationem non claudicare, nec insistere, sed cum sententia patiter excurrere.

† A D V E R B. Longius. 3. de Or. Pariter orationem cum sententia, Orat. ad Brut. Facile. 4. Ver. Foras. 1. de Diu.

¶ Syntaxis. Oratio producta & excurrens. Animus euolat, & foras excurrit. Excurrere ad aliquem. Oratio cum sententia pariter excurrent.) (Claudians. insibens.

EXCVRSIO. decursio, incursio. de Pro. 4. Via illa excursionibus barbarorum est infesta. 2. de Dia. 26. Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armatura prima excursio, nunc cominus agamus. pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium & latrociniis. pro Pomp. 16. Cum vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal ferre possit. de Senect. 19. Nec enim excur- sione, nec salu vteretur, sed, &c. 2. de Inu. 111. Excursionibus prouinciam infestam reddere.

† A D I V N C T. Moderata, atque rata, Orat. Nocturna, 2. Catil.

¶ Syntaxis. Via excursionibus infesta.

EXCVRSOR. 4. V. 22. & 4. A. 15. Lege. EMISSARIUS.

EXCVSATI O. purgatio, satisfactio, causa. 1. de Orat. 125. Stultitiae peccatum excusationem non habet. de Sen. 65. Morositas tamen & haec vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iusta, sed quæ probari posse videatur. 6. V. 125. Nā Sappho, quæ sublata de Prytanæo est, dat tibi iustum excusationem, propè ut concedendum atque ignoscendum esse videatur. 2. de Ora. 198. Vix mihi tenuis quædam venia dabatur excusationis, quod tamen eum defendarem, qui mihi quæstor fuisse. 8. Att. 16. Nihil prætermissum est quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. 5. A. 14. Qui habent legitimam excusationem, exiliij causa solum vertisse. Or. 140. Quibus si nihil aliud responderem, &c. iusta esset excusatio. pro Cæl. 2. Sed ego Attratino ignoso, qui habet excusationē vel pietatis, vel ætatis, vel necessitatis. 2. Offi. 68. Utendum est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas, quacunque possis, quare id quod feceris necesse fuerit, nec aliter facere potueris. I.P. 13. Vti excusatione valetudinis. pro Cæl. 43. Defendere vitia aliquæ excusatione adolescentiæ. pro R.P. 27. Necesitatis excusatio. Rutilium facile defendit. de Ar. 5. Si autem id non videt, periculum est, ne se stuporis excusatione defendant. pro Syl. 26. Me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore. Ibid. 47. Illæ valent apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas amicitia nostra. de Ami. 40. Turpis excusatio est, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra tempub. se amici causa fecisse fateatur. I.P. 10. An potest villa esse excusatio Consuli male sentientiæ de Am. 43. Talis improborum consensio, excusatione amicitiae tegenda non est. pro Cel. 30. Excusatione summa stultitiae, summa improbitatis odium precari. pro Rab. 8. Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quereretur. 12. At. 26. Dubito, an excusationem aliquam ad Silium parem. Ibidem 27. Quærenda est excusatio. ad Brut. & 9. 4. Hanc eram ipsam excusationem relicturus. 10. 13. Is mihi non reddit, quod ei dedit mutuum, & vtitur excusatio ne temporis. 2. de Orat. 275. Cum Metellus excusationem occulorum à me non acciperet. pro Mur. 29. Morbi excusationi pena addita est. 5. P. 6. Nullæ istæ excusationes sunt. Meus amicus est, &c. de Ami. 37. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Orat. 230. Nobis in scribendo atque in dicendo, necessitatis excusatio non probatur. 3. de Nat. 90. At Deo ne excusatio quidem est inscientia. 2. de Inu. 100. Quibus in simili excusatione non sit ignotum. I.P. 36. Nemini ciui villa, quo minus abesset, satis iusta excusatio visa est. 12. Famil. 25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. 10. 4. Ego autem præteriti temporis excusationem affero. ibidem. Afferre excusationem cessationis. 6. 7. Vtrique rei excusationem tua vix confutudo dat. 11. 27. Errare cum excusatione posse. 16. 25. Vti excusatione iusta & idonea. *pro A. Gabin. Officium pre-

termissum imprudentia vel negligentia excusatione defenditur. || 9. P. 8. Exculatio legarus obcundi.

† A D I V N C T. Facilis. 12. Att. Iusta, in Piso. Iusta, & idonea. 6. Fam. Legitima, 5. Phil. Magna, 9. Phil. Misera quidem, sed tamen iusta, 7. Phil. Sapiens, & probabilis, 8. Att. Similis, 2. de Inu. Turpis, de Amic.

¶ Syntaxis. Ebrietas non habet, non dat excusationem iustum. Hoc habet sapientem excusationem, legitimam, probabilem. Nullam tu habes excusationem. Minimè accipienda excusatio. Questa excusatio, parata. Excusationem ad aliquem relinqueret. Vti temporis, necessitatis, ignorantia, imprudentia, valetudinis excusatione. Non accipo digitæ excusationem. Id est, affecti morbo digiti. Id non dat excusationem. Errabis nunquam cum excusatione.

EXCVSANDVS. 12. At. 15. De me excusando apud Apuleium deram ad te pridie literas.

EXCVSANS. de Cl. 101. C. Lælius se excusans dixit, &c.

EXCVSATIVS. 3. V. 103. Hic omnibus me vehementer excusat, volo, non negligentia mea fore, vt, &c. 12. At. 18. Martianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleium à Torquato & Strabone.

EXCVSOPURGO. excusatione utor, excusationem affero, satisfacio, crimen remoueo, culpa libero, à culpa eximo, excusatione alicuius rei tego, adumbro.) (accuso. 15. At. 17. Atticæ meæ velim me ita excuses, vt omnem culpam in te transferas. 2. Qu. Fr. 2. Primùm me tibi excuso, in eo ipso, in quo te accuso: me enim, &c. 11. Atti. 7. Quod te excusas, ego verò tuas causas nosco. 11. Fam. 15. Collegæ mandasti, vt te mihi per literas excusaret. 8. 1. Sed ipsum volumen quod tibi misi, facile, vt ego arbitror, me excusat. 9. Att. 15. Viris bonis me non nimis excuso. 11. 25. An his illuc cunctis mandem, vt me excusent. pro Lig. 2. 1. Is cum morbo impeditur, statuerat se excusare. 2. de Grat. 253. Cum eum gregales requirent, excusauit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret. 15. 25. Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum. 8. A. 1. Quanquam is quidem antequam sententiam diceret, propinquitatem excusauit.

† A D V E R B. Facile. 8. Fam.

¶ EXCVSOR. 12. At. 14. Sed cura vt excuser morbi causa in dies singulos. Ibid. 16. Apud Apuleium (quoniam in perpetuum non placet) in dies vt excuser videbis. de Amic. 6. 4. Quidam excusari se arbitrantur, quia non sine magna causa peccauerunt. 5. A. 14. Quaro igitur. Si Lysades citatus iudex non responderet, excuseturque Areopagites esse, accipiente excusationem is? ibidem. Sunt item lecti iudices, qui fortasse excusabuntur.

¶ Syntaxis. Aliquem alicui excusare. In aliqua re se excusare. Excusari morbi causa. Non in perpetuum, sed in dies excusari.

EXCVSSVS. vacuus. de Ar. 37. Iudices te dimiserunt excusum & exhaustum.

¶ Amisus. 9. Fam. 10. Adeón tu mihi excusam feueritatem putas, vt ne in foro reliquiæ pristinæ frontis appearant?

¶ Tritatus, traxitus. pro Mur. 26. Res peruvulgata, atque in manibus lactata & excussa. pro Syl. 47. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excusos arbitrii.

¶ EXCVTIENDVS. 1. Tus. 38. Hoc igitur probè stabilito, & fixo, illud excutiendum est, vt sciatur quid sit. CARE. ne relinquatur aliud erroris in verbo.

EXCVTI O. agito. 1. Qu. Fr. 1. 9. Scrutari omnes sordes, & extutere vnumquemque comitum.

¶ Examino. 2. cont. Rull. 60. Decemviri qui nostros Imperatores excutiant.

¶ Exploro. pro S.R. 97. Nihil est quod metuas, non excutio te: si quid forte ferri habebas, non scrutor, &c.

¶ Animaduerto. Par. 124. Explicare & excutere aliquod verbum.

¶ Reicio. pro Cæl. 67. Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint.

¶ Excito. 3. Offi. 8. 1. Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videoas, &c.

¶ Aufero, depello, abigo, eripo. pro Dom. 76. Quare illa calamitas excutit hoc genus totum maledicti. pro Syl. 24. Executiam tibi istam iactationem. 1. Tus. 111. Hanc excutere opinionem mihi met radicitus nolui.

¶ Proiicio, detinio. 2. de N. 93. Executere aliquid in terram.

EXCVTIOR. vexor, poltor. 10. Fam. 31. Tabellarij sexcentis locis excutiuntur.

† A D V E R B. Radicitus opinionem, 1. Tusc.

¶ Atrector. pro Plan. 29. Aspicitur, non atrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur.

¶ Eripior. pro Mur. 30. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur.

EXCEO, seco, resco. pro Cl. 179. Ipse armarij fundum executit, & nummos abstulit. pro Seft. 135. Hi medentur ciuitati, qui execat pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. 2. At. 1. Non minus esset probanda medicina quæ sanaret vitiosas partes, quam quæ excaret.

¶ Syntaxis. Execare pestem ac strumam. Hic animaduertendum

est, pestem accipi pro tumore ipso, & strumam pro abscessu.
EX E C R A N D V S , detestabilis. 2. A. 65. Hic execrandus pop. Rom. & detestabilis est.

EX E C R A T I O , preces mala, pro Seft. 71. Exierunt malis omini- bus & execrationibus duo Vulturij. pro Seft. 15. Huc Pompeius omni cautione, fædere, execratione deuinixerat, nihil cōtra me esse facturum. 7. V. 103. Vbi fides? execrations? 3. Off. 55. Quod Athenis execrationibus publicis sanctum est. 2. Att. 18. Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorum. L.P. 43. Thyestea ista execratio.

† A D I V N C T . Publicæ, 3. Offic.

EX E C R A T V S . 1. A. 5. Euerio illius execrata columnæ.

EX E C R O B , male precor. 3. V. 12. 1. Alij sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquifer. I.P. 96. Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant, te execrantur. Ibid. 33. Quod tibi profici- scienti euenit, ut omnes execrarentur, male precarentur. 1. de Leg. 34. Recte Socrates execrari eum solebat, qui, &c. 3. Offic. 11. Itaq; accepimus Socratem solitum execrari eos, qui, &c. 1. Tus. 107. Execratur apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. Or. 138. Ut optet, ut execretur. 2. de Nat. 65. Cui, quod in me est, execrabor hoc, quo lucet, quicquid est.

† A D V E R B . Recte, 1. de Legib..

ꝝ Syntaxis. Execrari male precari.

EX E C T I O , ex iſo pro Clu. 18. Cum illa exactio fundi in arma- rio animaduertetur. I.V. Exactio lingua. Leg. L I N G V A .

† A D I V N C . Conselerata lingua, pro Clu.

EX E C T V S , caſtratus. 2. de Nat. 63. Vetus opinio est, exactum esse Cœlum à filio Saturno.

¶ Abſcissus. pro Clu. 187. Strabo in crucem actus est exacta lin- gua. 2. contra Rull. 90. Neruis omnibus exactis.

EX E C V T I O , persecutio. 2. ad Her. 18. Quaritur in translatione primū, num aliquis eius rei actionem, petitionem, aut execu- tionem habeat, quam non oportet.

EX E D O , consumo, conficio, corrodo. ; Tuscu. 27. Aggritudo lacerat, exest animum, planèque conficit. 5. 16. Quem nullæ aggritudi- nes exedunt. 2. de Diu. 37. Cor est in extis, iam abscedet, Deus id eripiet, vis aliqua conficit, aut exedet. 1. de Finib. 59. Mœrores, qui animos exedunt conficiuntque curis.

EX E D O R . 1. de Fin. 5. Sollicitudines, quibus hominum animi dies & noctes exeduntur.

ꝝ Syntaxis. Aggritudo animum lacerat, exest, conficit.

EX E D R A , locus ubi sint sedes multæ parata, praeterea nihil: quas va- cuas dulas vocant. 3. de Orat. 17. Corta in eam exedram venit, in qua Crassus lectulo posito recubuit. 1. de N. 15. Offendi eum sedetem in exedra. 5. de Fin. 4. Tamen ego illa moueor exedra. EX E D R I A , pro exedris. 7. Fam. 2. Exedria quadam mihi noua sunt instituta, in porticula Tusculani.

† A D I V N C . Noua, 7. Famil.

EX E M P L A R , exemplum, imago, species quam artifex imitatur, & quam sibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid. 10. Fam. 31. Ex literis quas Panfa mihi misit, cognoscet omnia: nam ea- rum tibi exemplar misi. 4. At. 5. Virgbar ab eo cui misi, & non habebam exemplar. pro Mur. 36. Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. de Vniu. 3. Qui ali- quod munus efficere molitur, si eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est. ibid. Vtrum fabricator ille tanti operis imitatus sit exemplar, quod semper vnum & idem est. de Vniu. 30. Ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar ima- ginis similitudo. de Amic. 23. Amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. pro Cecin. 28. Faleula exemplar antiqua religionis. in Salust. 18. Eius enim partis exemplar erat Salustius, quo, &c.

ꝝ Syntaxis. Literarum exemplar. Imitandum exemplar. Speciem si- bi & exemplar proponere.

EX E M P L V M , exemplar, imago, factum, authoritas, documentum, specimen, clarissimis monumentis testata consignata que antiquitas. 7. At. 2. Caesaris literarum exemplar tibi misi. 8. 6. Earum lite- rarum exemplar infra scripsi. 4. Fam. 4. Sæpius ad aliquem lite- ras uno exemplo dare. 9. 16. De quo tu mihi anteà scripseras bis eodem exemplo. 2. contra Rul. 52. Literarum exemplar com- positum esse arbitror. P. Seruilius Cn. Pompeio, &c. 9. At. 4. Capua literæ sunt allatae hoc exemplo: Pöpeius mare transit, &c. 1. de Orat. 190. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi cer- nerem. &c. 1. Offic. 7. Superioris generis huiusmodi exempla sunt, Omniâne officia perfecta sint: nunquid, &c. 2. de Inuen. 59. Exemplum translationis in causa nobis positum fit huiusmodi, cum, &c. 2. de Inu. 156. Supponere exemplum viaius cuiusque rei. Top. Exempla posui ex iure ciuili. 3. de Or. 206. Quæ tu Crasse sine definitionibus & sine exemplis effudisti. 4. ad Her. 5. Hoc interest inter exemplum & testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cuiusmodi sit testimonio, esse illud ita ut nos dicimus, confirmatur. 1. de Diu. 39. Sed exemplis grandiori-

bus decuit vi. 13. A. 3. Exempli causa paucos nominaui. Par. 1. Sed hæc videri possunt obscuriora, cum sine appositione exem- plorum lentiùs disputantur, vita atque factis illustranda sunt lummorum virorum hæc, que verbis subtilius quam satis est, disputari videntur. 1. de Inuen. 66. Ut certum quiddam & breve exempli causa id nomen inuenient, putarunt, &c. 1. de Inu. 67. Eorum igitur qua constant, exempla ponemus: horum que dubia sunt, rationes afferemus. Ibid. 76. Id ut perspiciat, aut scribamus, aut in quolibet exemplo de iis quæ proposita sunt, hoc idem exerceamus. Ibid. 88. Perspicuo & grandi virtu prædi- tum posuimus exemplum. Ibid. 49. Exemplum est, quod rem autoritate aut casu alicuius hominis, aut negoti confirmat, aut infirmat, horum exempla & descriptiones in præceptis elocutionis cognoscuntur. 4. ad Her. 3. Exemplum est, alicuius facti aut dicti præteriti cum certi autoris nomine propositi: exemplum rem ornatiorem facit, cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur: apertorem, cum id, quod sit obscurius, magis diluc- dum reddit: probabiliorem, cum magis veritatem in facili- oculos ponit, cum exprimit omnia perspicue, ut res dicta prope manu tentari possit. 2. de Diu. 8. Exempla clara & illustria: de Pro. 20. Cum ego meorum factorum exempla ex summis viris pe- tam. pro Cor. 31. Autoritate & exemplo alicuius facere aliquid.

¶ Cum Athenionis aut Spartaci exemplo lugens fa- cere maluerit. pro Planc. 90. Peremptum esse mea morte id exem- plum, qualis futurus in me retinendo fuisset Senatus. 1. de Diu. 64. Diuinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Posidoniūs, quo afferit Rhodium quendam, &c. 2. Offic. 28. Ad exemplum amissi imperij, portari in triumpho Massiliam vidi- mus. pro Seft. 19. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis dices intueri. in Sal. 5. Ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exem- plum. pro Deciot. 28. Is vir vnde pudoris pudicitia &que exempla peterentur. 1. Fam. 9. Exemplum præclarissimum vindicanda re- ligionis sustulerunt. in Sal. 4. Salustius omnium maiores ad vnum exemplum & regulam quærunt. 3. de Leg. 32. Perniciose meren- tur de repub. vitioli principes, quod non solum vitia cōcipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: neque solum oblitus, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrūpunt, plurisq; exem- ple quam peccato nocent. Or. 169. Habet autem ut in statibus auctoritatēmen senectus, sic in exemplis antiquitas. de Orat. 219. Cum esset ille vir exemplum, vt scitis, innocentia: pro S.R. 27. In qua muliere etiam nunc quasi exēpli causa, vestigia antiqui officij remanent. 3. A. 13. Quod in iuuentute habemus illustris exemplum veteris sanctitatis: de Or. 133. Si exempla sequimus, a Demosthene sumamus. 1. Q. Fr. 2. Edere exemplum / seuerita- tis alicubi. pro Mur. 6. Domesticum te habere dixi exemplum ad imitandum. ibid. Est illud quidem exemplum tibi propof- tum domi. 1. Offic. 104. Suppeditant autem & campus noster, & studia venandi, honesta exempla ludendi. pro Flac. 24. Tamen haec in imitatione atque in exemplo pertimescenda videntur. ibid. 2. Ne periculosa imitatione exempli reliquis in po- sterum proderetis. 9. Fam. 14. Liberaſti ciuitatem metu: neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. pro Flac. 25. In hoc ego reo, ne quod pernicio- sum exemplum prodatur, pertimescam? pro Syl. 49. Et tamen id veteri exemplo atque instituto optimi cuiusque faciebant. 1. de Orat. 201. Monumentum rerum gestarum, vetustatis exempla, Oratori nota esse debent. 2. de Inu. 4. Non vnum aliquid pro- posuimus in exemplum, cuius omnes partes exprimerentur. Or. 120. Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio. pro Clu. 133. & 134. Qua de re tota si vnum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam: non enim exemplum, &c. 1. A. 1. Atheniensium renouauit vetus exemplum. 4. Fam. 3. Quod exemplo fit, iure fieri putant. 3. Offic. 69. Imagines enim illa- feruntur ex optimis naturæ principiis, & veritatis exemplis. 2. de Inu. 2. Ut mutum in simulachrum ex animali exemplo veritas transferatur. 2. de Leg. 45. Itemque cætera huius exempli dona sunt. de Amic. 82. Nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc vis amicitia qualis & quanta sit. Ibid. 34. Arque harum rerum exemplum ex similitudine capiebat inuenitus atatis, quod, &c. 3. Offic. 6. Nec vero ab his iustitia, tanquam à sapiente petitur exemplum. 2. A. 14. Quod si illi è conspectu nostro se abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. 10. 5. Et proponis illi exempla ad imitandum. 4. ad Heren. Aut si aceruos se dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant. * pro C. Cornel. 1. Qui aliquid institui exemplum disturbatorum iudiciorum perni- ciosissimum, temporibus suis accommodatissimum, meis alie- nissimum rationibus cupierunt. Hortens. Vnde ad agendum aut dicendum copia deponi maior grauissimorum exemplorum quasi incorruptorum testimoniorum potest?

† A D I V N C . Acerbum, atque intolerandum. 4. Ver. Alienæ, fæta, ora- toria, perpaucæ, Orat. Alienæ, recentia. (.antiqua, domellica, 13. Phil. Animale, facile & perulgatum, perspicua, & grandi virtu præ- dita, superius, 1. de Inuen. Antiqua, nouum, pessimum, plena antiqua

antiquitatis, & dignitatis, recentia, 5. Ver. Breuissimum, gloriofa, 2, de Orat. Clara, & illustris, commentatio, grandiora, plurima, 2, de Diuin. Domesticum, pro Mui. & 2. de Nat. Generatum. (aeternum, de Vniuers. Grauissima, Hort. Honestia, maximum, 1. Offic. Illustre, ilustris, 3. Phil. Innumerabilia, i. de Nat. Insigne, praesentia, atque via, 2, de Orat. Laudabile, & prastans, mirabilia, 3. Offic. Maiora, 5, Tulf. Maxima, perspicuum, i. de Diu. Nouum, 2. Ver. Notiora, vetera, Part. Perditum, pro Planc. Perniciosum, pro Flac. Praclarissimum, de Opt. gen. Rarum, 6. Fam. Recens, 3. Ver. Tot, tanta, ac tam noua, pto Pomp. Vetus, pro Syll.

Syntax. Plures epistole uno exemplo. Epistola exemplum mittere. Exempla ponere, supponere. Exempli causa dicere. Ad exemplum amissi imperi. Ad unum exemplum & regulam omnes aptare. Non tantum mali est peccare Principes, quantum illud, quod dicitur hoc adnotamus, quia phrasis est singularis, sicut extra vocem Exemplum. Vir innocetia exemplum. Id ago ad facti exemplum. In Exemplum proponere.

E X E M P T O. I. con. Rul. 10. Sunt enim in tota lege exemptiones duas, non tam inique quam suspiciose. Sic ab iohanne Numejo emendatum inuenimus, retinenda tamen mihi videtur editio communis Manutij & Lamb. qua exceptiones, habet.

A D I V N C T. Non tam inique, quam suspiciose, i. cont. Rul. **X E X O.** egredior, prodeo, progrederior, pedem effero, foras me do procedo, excedo, emergo, erumpo, erando, mano, euolo, euado, orior, nascor. 2. de Orat. 213. Minime mirum est te fudare: modò enim existi de balneis. Ibid. 263. Quando tandem Galba de triclinio tuo exhibet? Cum tu, inquit, de cubiculo alieno. 1. Offi. 54. Qui cum una domo iam capi non possunt, in alias domos tanquam in colonias exire. Ibid. 118. Herculem ferunt exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum, &c. in Vat. 12. Aliquem exire legatum in aliquam prouinciam. 4. V. 61. Cum omnes boni persicerent, ad istum non modò illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse. 1. At. 16. Cum de consularibus mea prima sors existet, &c. de Cl. 265. Nihil non consideratum exibat ex ore, pro S.R. 3. Nequaquam tamē similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. 13. Att. 13. Libri quidem exierunt, ut in tali genere ne apud Graecos quidem simile quicquam. 3. Tusc. 10. Exisse ex potestate dicimus eos, qui effrancati feruntur aut libidine, aut iracundia. Ibidem. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. pro Dom. 37. Exire e patriciis: id est, fieri plebeum per adoptionem. 1. Fam. 9. Exire domo. 4. Fa. 9. Exire ex vrbe. I.P. 33. Exire patria. 2. At. 7. Exire de nau. de Amic. 15. Exire de vita.

A D V E R B. Commodius, Fam. Similiter orationem, pro S.R. Tutò inde, 6. in Ant.

Syntax. Exire in prouinciam. Libros exire. Ex potestate exire, i. ferri transuersum, furere. E patriciis exire, patria, de vita, ex vrbe.

X eo, inde, idèò, idcirco, ea re quia. 2. de D. 72. Attruit in caucapulosis, qui ex eo nominatur pullarius. 2. de Or. 122. Si quid in me est, ex eo est, quod, &c. 2. de Diu. 69. At paulò post auditiva vox est momentis, vt, &c. Ex eo Aio loquenti atra consecrata est. 2. de Ora. 283. Scarsus nonnullam habet inuidiam, ex eo quod aliorum bona sine testamento possidet. 4. de Fin. 73. & 3. 53. Præpositum ex eo credo appellatum est quod præponatur aliis. 6. At. 9. Cognoui ex eo, quod ita scripseras, te Romam venisse, &c. 1. 11. Posteaquam vidit illum excepsisse laudem, ex eo quod hi suscipientur, &c. de Cl. 48. Cum ex eo, quia quasi committeret contra legem, sapere in iudicium vocaretur.

Syntax. Ex eo sic dicitur. Si quid est in te, ex eo est, quod hic expende numerum in monosyllabis octo. Ex eo quod iubeas, id agam. Ex eo quia venis, gaudeo.

E X E Q U I A E, funus, pompa, iusta, iusta funeralis, supremidie celebretas, litatio, parentatio pro Quin. 50. Funus, quod amici conuenient ad exequias cohonestandas. pro Cl. 101. Mater exequias illius funeralis prosecuta est. 1. de Leg. 42. Qui sepultura & iustis exequis caruerunt. pro Mil. 34. Cadaver P. Clodij spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, &c.

A D I V N C T. Iusta, 2. de Leg.

Syntax. Funus, quod conuenient amici ad cohonestandas exequias. Exequi funeris.

E X E Q U E N D V S. 3. Tuf. 15. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. 1. Off. 79. In exequendis negotiis rationi obediens.

E X E Q U O R, sequor, obseruo, presto, perficio. 13. At. 15. Exequi sua officia & studia. de Sen. 34. Mafanilla senex omnia regis officia & munera exequitur. Ibid. 72. Quod munus officij exequi & tueri possit. de Sen. 28. Quod exequi nequeas, possis tamen aliis præcipere. Ibid. 38. Quæ si exequi nequirem, ramen, &c. 11. Att. 11. Ne si sit, quidem quod ad te debeam scribere, facile, id exequi possem. 9. A. 9. Exequi mandata alicuius.

Imitor. 5. 54. Omnes consulares, qui per valetudinem exequi fugam illam potuerint. 5. V. 46. Tamen antiquum modum sactionis nulla ex parte exequi potuit. 9. Attic. 14. Cur non omnes

factum illius executi sumus? de Vn. 5. Non igitur dubium est, quin aternitatem maluerit exequi.

Continuò. pro R.P. 5. Difficile est, quod cum spe magna sis ingresus, id non exequi vñque ad extremum.

Attingo. in Sal. 13. Negi, tu si qua in pueritia peccasti, exequar.

Explico. 1. Fa. 28. Nam præter haec habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi possim.

A D V E R B. Usque ad extremum, pro Rab. Post.

Syntax. Ad exequendum munus. Officia & munera sua exequi.

Officii munus exequi actueri. Exequi alicuius accusati delicta.

E X E R C E N D V S. 1. Offic. 79. Exercendum autem est corpus, & ita afficiendum, vt obedere rationi possit. pro Pomp. 4. Quorum magnae res aguntur in vestris vñctigalibus exercendis occupatae. 1. Off. 88. Exercenda est facilis & altitudo animi quæ diciatur. 7. V. 143. Libido crudelitatis exercendæ. 1. de Or. 157. Exercendæ est memoria in ediscendis, &c. pro Clu. 178. Exercendæ medicinae causa tabernam dedit. de Senect. 38. 1. Off. 122.

E X E R C E N S. de Sen. 27. Athleræ in curriculo se exercentes. 2. de Ora. 287. Cum cæteris in campo exercentibus ipse in herba recumbebat.

Faciens, tractans. pro Ar. 3. Prætor exercens iudicium.

E X E R C E O, colo, excolo, facio, factito, tracto, exercitatione utor, uter, & in aliqua arte, consuetudinem atque exercitationem capio. || Tribuitur non raro à Cicerone muneribus, & officijs, in quibus opera aliqua significat quod Galli dicunt, S'employer. Vide pro Pomp. 16. ad Brut. 15. Meflala graui iudicio multaque arte se exercuit in verissimo genere dicendi. 1. de Or. 149. Pleriq; in hoc voce & vires exercent suas. Ibid. Vehementissime exercere se in aliqua re 9. At. 3. Exercere se in cōsulationibus, & differere in vtrāq; partem. Or. 99. Is in hoc solo se exercuit, huic geneti studet vni. de Somn. 21. Exercere animam in optimis rebus. 1. C. 25. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. de Sen. 21. Exercere memoriam. 3. ad Her. 34. Exercere ingenium. 8. A. 8. Exercere crudelitatem suam in aliquo. 1. V. 13. Exercere inimicitias nimirū familiariter. ad Brut. 1. Exercere iracundiam in superatos. pro Pomp. 16. Qui vñctigalia exercet atq; exigunt. 2. Tusc. 40. Subduc cibum vnum diem athleta; Iouem ipsum, cui se exercebit, implorabit. 5. Tuf. 3. Fortuna me in multis variisq; casibus exercuit. 1. de Leg. 14. Exercere ius ciuile. 1. de Or. 154. Exercere se aduersus alicuius. 1. Fa. 7. Ad hec te exerceas: hec cogites. pro Pom. 28. Quod genus belli est, in quo illum non exercent fortuna reipublicæ: de Cl. 230. Is me adolescentem multos annos in studio eiusdem laudis exercuit. de Cl. 332. Pammenes exercevit Brutum. de Cl. 249. Is se in quotidianis commentationibus acerrimè exercuit. 3. V. 155. Atq; etiam iudicium in prætura publicum exercuit. 2. de Fin. 5. 4. Cum prætor quæstionē inter sicarios exerceisset. Ora. 46. Aristoteles adolescentes in thesi, non ad Philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorū in vtramque partem exercuit.

Affigo, ago. pro Arch. 28. Quid est, quod nos in hac breui vita tantis nos in laboribus exerceamus? 12. Fam. 4. Num me reliquiæ vestræ exercent.

A D V E R B. Acerrimè se, de Cl. Familiariter nimirū, 1. Ver. Scienter vocem, vehementissimè se, de Or. Vehementer, 5. Tusc.

E X E R C E O R. 2. Qu. Fr. 15. Scauri iudicium statim exercebitur pro Cæl. 1. Omnibus negotiis intermissis vnum hoc iudicium exercetur. 2. de Nat. 161. Ut exerceamur in venando. 6. V. 56. Prætor armis exerceatur. 6. Art. 1. Pueri amant inter se, discunt, exercentur. de Clar. 315. Apud Demetrium studiosè exercesti solebam. Ibid. 309. A Diodoro cum in aliis rebus, tum studiofissimè in dialectica exercebar. 1. de Or. 144. In hoc genere pueri apud magistros exercentur. 2. Tusc. 56. Faciunt idem, cum exercentur athleta. *Frag. ep. Quod studiosissimus quisq; apud eum exerceceretur.

Affligo, mæro. 13. Att. 22. Te de prædio auiæ exerceci moleste ero.

A D V E R B. Latinè apud, 16. Fa. Studiosè, studiosissimè in dialecticis, de Clar.

Syntax. Exercere corpus, se, pietatem, dialecticam, Medicinam potentiam, vim, in Theologia. Exercere crudelitatem suam in aliquo inimicitias, questionem, iudicium. Aliquem exercere literis. Exerceri, pro laborare, vel se exercere. Exerceri de annona caritate: id est, ang. 1.

E X E R C I T A T I O, usus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, consuetudo, munus, studium, ludus, industria, agitatio, curriculum. 2. de N. 26. Corpora nostra motu atq; excitatione recalscent. 1. V. 47. Usus excitatione forensis. 3. de Fin. 41. Excitatione in dialecticis. 2. de N. 168. Excitationes rhetoricae. 1. 103. Pueri etiam cum cesstant excitatione aliqua ludicra delectantur. 15. At. *Nostri horum excitationem in latrocinito. pro Mil. 35. Mihi excitationem virtutis dedit. de Senect. 38. Haec sunt excitationes ingenij, & curricula mentis. 1. Offic. 123. Senibus labores corporis sunt minuendi, excitationes animi etiam augenda videntur. de Senect. 9. Aptissima sunt omnino arma

senectutis, artes exercitationisque virtutum. 1. Offi. 130. Color exercitationibus corporis tuendus est, de Senect. 36. Vtendum est exercitationibus modicis. pro Cael. 11. Vt exercitatione ludique campestri tunicata vtereuntur. 2. C. 9. Aliquis scelerum exercitationis affuefactus. pro Dom. 3. Is conuicij exercitacionem eam intolerabili petulantia, tum diurna impunitate muniuit. de Clar. 331. Exercitatio dicendi lingua acuit. 1. de Orat. 90. Consuetudo exercitatioque & intelligendi acuit prudentialiam, & eloquendi celeritatem incitat. Ibid. 243. Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo. Ibid. 257. Subiecta ad propositas causas exercitationes de Fat. 3. Oratorias exercitations non tu quidē, vt spero, reliquisti. 3. de Orat. 188. Cum exercitatione, tū stylō formanda nobis oratio est. pro Pompe. 1. Quantū ex forensi vīsu, prop̄ quotidiana dicēdi exercitatio potuit afferre. pro Cael. 54. Exercitatio vīsusque dicendi. 1. Offi. 59. Consuetudo exercitatioq; capienda est, vt, &c. Ibid. 60. Nec medici, nec Imperatores, nec Oratores quamvis artis precepta percepint, quicquā magna laude dignū sine vīsu & exercitatione consequi possunt, &c. pro Mur. 29. Dicendi consuetudo longe isti vestra exercitationi ad honorē antecellit. pro Ar. 1. Exercitatio dicendi, in qua me non infiōr mediocriter esse versatum. 1. de Or. 81. Abstrahi ab exercitatione & consuetudine dicendi. 2. de D. 96. Multi naturā vitium meditatione & exercitatione sustulerunt, vt Demosthenes. 1. ad Her. 3. Exercitatio, est assiduus vīsus consuetudine dicendi. 2. Tusc. 42. De exercitatione & consuetudine, & commentatione dixi. Ibid. 41. Tantum exercitatio, meditatione, consuetudo valet. 1. Fa. 9. Tu me de Lentuli tui nostrisque studiis & exercitationibus velim quām sapissimē certiore facias. * Frag. ep. Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse. Oecon. 1. A natura comparata est opera viri ad exercitationem forensem & extraneam.

† AD I V N C T. Acerbior, maxima oratoria, perfida, de Clar. Accurata, popularis, & forensis, subita, 1. de Orat. Bona, multa, non inutilis, 1. de Inu. Campestris, pro Cael. Communis, crebra, atque magnæ, domesticæ, & vmbritatilis, facilis, forensis, ludicra, maxima, penè puerilis, 1. de Orat. Egregia, plurima, 3. de Fini. Laboriosa, 1. de Finib. Laboriosa, magna, 2. Tusc. Maior, propria, 3. de Ora. Modicæ, de Senec. Parua, de Ami. Parua, 3. Offic. Quotidiana dicendi, pro Pomp. Rhetorica, 2. de Natu.

* Syntaxis. Motu & exercitatione recalcunt mōbra. Vīsus & exercitatio. Ludicra exercitatio. Ingenij exercitatio, mentis curriculum, copula synonyma. Affuefacti scelerum exercitacioni. Consuetudo, exercitatioq;. Exercitatio est assiduus vīsus, hīc genus. Exercitatio, meditatione, consuetudo.

EXERCITATVS, versatus, exercitatione preditus.) . rudit. 7. V. 141. Sex lictores valentissimi, & ad pulsando verberandoque homines exercitatisimi. pro Cl. 52. Homo in hominibus neccandis exercitatus. pro Pomp. 55. Et homines in maritimis rebus exercitatissimi paratissimiq;. 14. At. 12. Vestorius in arithmeticis satis exercitatus. 6. A. 17. An sum rudit in rep. quis exercitator? qui, &c. 1. de Diu. 93. Hetruci ob eam causam portentorum exercitatissimi interpres extiterunt. de Somn. 21. Agitatus & exercitatus in optimis curis. Orat. 200. Id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa scripserint, & quacunq; etiam sine scripto dicenter, similia scriptorum efficerint, non erit difficillimum. 1. Qu. Fr. 1. 2. Animus maximis in rebus gerendis & sustinendis exercitatus. pro Qu. 3. Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multū & sapere versatus. 2. cont. Rul. 83. Aratores glebis subigendis exercitati. pro Quin. 97. Manus in propinquorum proscribendis bonis exercitata. 2. Offic. 53. Paratiōres erunt & tanquam exercitatores ad bene de multis promerendum. 4. Ac. 110. Item si de officio, multisq; aliis de rebus in quibus versatus exercitatusque sit, nescire se dicat. 3. Qu. Fr. 3. Paxōnius rhetor, homo valde exercitatus & bonus. || pro Mur. 22. Ille exercitatus in propagandis finibus: tu in regendis,

† AD VERB. Valde, 2. ad Quint. Frat.

* Syntaxis. Exercitatus in pulsando, & ad pulsando homines. Exercitatus & paratus in rebus bellicis. Agitatus & exercitatus in cursu optimis.

EXERCITVS, peritus. pro Fon. 32. M. Fonteius vīsu bellorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitus. 1. At. 9. Scito nihil tam exercitum fuisse Romæ, quām candidatos omnibus iniquitatibus.

¶ Iactatus, vexatus. pro Pla. 78. Quo quidem etiam magis sum non dicam miser, sed certe exercitus. pro Mil. 5. Quid enim nobis duobus laboriosus, quid magis sollicitum, magis exercitum dici aut fingi potest.

* Syntaxis. Laboriosum, sollicitum, exercitum.

EXERCITVS, manus, copia. pro Pom. 61. & 5. A. 43. Pompeius exercitum difficillimo Reip. tempore conficit. 4. 6. Cæsar exercitum iniustum ex Hispanis militibus conduit. 5. 23. Cæsar paucis diebus exercitum fecit. pro Mur. 32. Maximus & fortissimus exercitus. 5. A. 36. Conscribere & comparare exercitum. I. P. 47. Dimittere exercitum. pro Mur. 20. Ducere exercitum. de Pro. 5. Exercitus ille noster superbissimo delectu & du-

rissima conquistione collectus omnis interit. de Prou. 9. Exercitus instructus. 2. C. 5. Magnopere cōtemno collectum ex lenitoribus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, decoloribus, ex iis qui vadimonia deserere quam illum exercitum maluerunt. 6. V. 115. Conferte huius cohortem impuram cum illius exercitu inuestito. Ibid. 121. Aduentum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis. de Aru. resp. 42. Exercitu L. Lulli sollicitato per nefandum scelus fugit illinc. Frag. ep. De exercitu retinendo. Ibidem. Eo exercitu tradito aut demilo.

† AD I V N C T. Amplissimus numero, cunctus, exiguis firmitate, melior, vniuersi, 10. Fam. Boni sed rudes, Orat. Certus, clari, fideli, mus, & constantissimus, periculosus Pulcherrimus, 10. Phil. Clarius, atque victor, permagni, regij, pro Pom. Consularis, 3. Ver. Contraria, 2. de Or. Firmus, 14. At. Firmissimus, 2. Att. Florentissimus, 11. Phil. Imbecillus, 15. Fam. Incolumis, parvus, 5. Att. Infirmus, 6. Att. Immensus, 6. Verr. Magnus, 6. Fam. Maximus, & fortissimus, pro Mur. & 4. pessimus, 12. Phil. Ornatisimus, pro Fl. Parati, 7. Phil. Paratiōres, & fortiores, 11. Offic. Proprii Reip. 1. Fam. Robustus, & victor, 1. Phil. Tyro, & collectus, 7. Verr. Veteranus, 9. Fam. Veterani, vetus, 2. Phil. Victor, 5. Phil.

* Syntaxis. Exercitum comparare, conscribere, facere, instruere, conficere, ducere, conducere, colligere, dimittere,

EX E S V S, consumptus. 5. Tuf. 65. Exeſis posterioribus partibus verſiculorum dimidiatis ferē.

EX HÆ R E D A N S 2. A. 4. Igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem.

EX HÆ R E D A T V S 4. ad Her. 34. Sed etiam à necessariis omnibus exhæredatus est.

EX HÆ R E D O, hereditate priuo. pro S. R. 52. Pater istum exhæredare in animo habebat. pro Clu. 135. Ille cū filium exhæredaret, quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes coniunxit.

EX HÆ R E S, hereditate exclusus. 1. de Orat. 175. Egit lege in hereditatem paternam testamento exhæres filius. Ibid. Posſente paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scriptis set nominatim.

EX HALAND V S. 2. A. 42. Quanquam tu quidem vini exhalandi, non acuendi ingenij causa declimat.

EX HALATIO, vapor, anhelitus terra, afflatus ex terra, expiratio, aspiratio. 1. Tuf. 43. Cœlum hoc, quod humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.

EX HALO, spiro, respiro, emitto. 5. V. 28. Qui nondum coniunctus crapulam exhalasset. 2. A. 30. Edormi crapulam & exhala.

EX H A V R I E N D Y S, infirmadus, educendus. 2. con. Rull. 69. Vrbanam plebem nimium posse, exhauriendam esse. * Hoc enim verbo est vīs: quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur.

EX H A V R I O, aufero. in Sal. 19. Ex Africa tantum hic exhausit, quantum potuit in naues contrudi. 1. P. 48. Prædam, quam ex viribus sociorum exhauseras, deuorasti. 2. contr. Rull. 97. Cum omnem pecuniam ex æratio exhaussisset. pro Sest. 48. M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem saepè obvolut hostibus. Ibid. 80. Plaga illa vna extremo defuit: quæ si accellis, reliquum spiritum exhaussisset.

¶ Minuo. 9. Fa. 14. Libentiūq; omnes meas laudes ad te transfuderim, quām aliquam partem exhauserim ex tuis.

¶ Exequor. 7. Att. 1. Reliquum est, vt mandata nostra exhauias. 5. 6. Mandaui omnia quæ tu exhauires.

¶ Effundo, projicio. 1. 15. Multa sunt quæ me sollicitant angustiae, quæ mihi videor aureis nactus tuas, vnius ambulationis sermone exhauiare posse.

¶ Euacuo, exinanio, spolio. de Sen. 17. Cum alij per foros currant, alij sentinam exhauiant. 1. At. 16. Exhauiire sentinam virbis in Vat. 5. Ærariū exhauiire, Rép. cōpilare. 5. A. 11. Immanes quæ, quos M. Antonij tota exhaussit dom⁹ ad Oct. Antoniū publica dilapidabat pecunia, ærariū exhauebat, minuebat vectigalia.

¶ Voro, ingurgito. 2. A. 63. Tantum vini in Hippie nuptis exhauseras, vt tibi necesse esset vomere.

EX H A V R I O R. 2. Attic. 21. Tantus fuit amor, vt exhauiiri nulla posset iniuria. 5. Fam. 16. Non facilè exhauiiri tibi istum dolorē posse vniuersum puto. 1. Q. Fr. 1. 7. Provinciam sumptu exhauiiri. 1. C. 12. Sin exieris, exhauebit ex vrbe tuorum comitum magna, & pernicioſa sentina Reipubl.

† AD VERB. Facile dolorem, 5. Famili.

EX H A V S T V S, consumptus, exinanitus, perditus. 3. de Orat. 100. Actio consumpta superiore motu & exhausta. 4. Att. 2. Amicorum benignitas exhausta est in ædificando. I. P. 86. Ciuitates omnibus rebus exhausta. 6. Att. 1. Provincia sumptibus & iacturis exhausta. de Pro. 6. Byzantij exhaustis sumptibus bellisq; maximis. 5. V. 77. Aratores funditus exercentur, & eo magis quod superiorib. annis exhausti erāt, ac penè perdit. 5. Ibi. 164. Ariani inops & exhaustū de Pro. 4. Vt exhausters domos replere posset. ¶ Profligatus, reiectus, pulsus, sublatus, fugatus. 4. ad Her. 15. Scura exhausto pudore. de Ar. 37. Iudices tē dimiserunt excusum & exhaustum.

exhaustum. 2. C. 7. Vno meherculè Catilina exhausto releuata mihi respubl. videtur.
¶ *Siccatus*. pro Cluent. 31. Is exhausto illo poculo mortis, est mortuus.
¶ *Fusus*. 1. Q. Fr. 2. Exhaustus enim est fermo hominum, multæ emissæ iam eiusmodi voces.
EXEMTVS. 2. pro S. R. 26. Ille confirmabat se se nomen Sexti Rosci de tabulis exempturum. (.referre aliquam in proscriptis.
EXEMTVS. 2. Qu. Fr. 5. Si sibi cum populo dies agendi, essent exenti.

EXHIBEO, profero, ostendo. pro Fl. 35. Cedò tabulas, non depor-tauit; fratres exhibe, non denunciaui. pro Milo. 33. Exhibe quæ-so, Sexte Clodi exhibe librarium illud legum vestrarum, quod, &c. 6. A. 7. Horam exhibere villam in tali ciue liberando non possumus; aliter, eximere villam. pro Seftio. 107. Ipse non solùm autorem meç salutis, sed etiā supplicem populo Rom. exhibuit. 5. At. 18. Sed iam exhibeo pupillum, neque defendo.
¶ *Eaceſſo*, adduco, paro, comparo. 2. 1. Exhibere molestiam alicui.

EXHIBEO. Off. 112. Quod audisset adolescentis filius negotium exhiberi patri, accurrise Romam. 1. de Nat. 45. Quod aeternum beatumq; sit, id nec habere ipsum negotij quicquam, nec exhiberi alteri. 7. V. 62. Musit complures, vt omnia sibi in-tegra quamprimum exhiberentur.

† ADVERB. Saltem, pro Fla. Non solūm, pro Seft. Quamprimum, 7. Verr. EXHIBITVVS. 1. Acad. 18. Qui Philosophiam iam professus sim populo nostro exhibiturum.

EXHILARATVS, hilaratus. 9. Fam. 26. Miraris tam exhilaram esse seruitutem nostram?

EXHORRESCO, horrore perfundor. 3. de Orat. 50. In quo igitur homines exhorrefunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant. 1. de Fin. 43. Exhorrefgere metu. 10. Fa. 18. Sed non possum non exhorrefgere, si quid intta cutem subest vulnus.

EXHORTATIO. Ibid. 7. Quæ & tua exhortatione excepti, & mea affirmatione tibi recepi.

EXHORTOR. de Senect. 42. Cum esset consul in Gallia, exhor-tatus est in conuiuio à scorto, vt, &c. Si vera hac lectio est, ha-bes hic, Exhortor, in patienti (vt aiunt) significacione. Sed ego, ex-hortatus, integrum esse locutionem arbitror. 1. Ac. 16. Exhortari ad vir-tutis studium.

EXIGENDVS. 2. Off. 63. Conuenit autem tum in dando munifi-cum esse, tum in exigendo non acerbum. 13. Fam. 11. Ad pecu-nias quæ à colonis debentur, exigendas, legatos equites Roma-nos misimus. 1. Offic. 41. Vt seruis vt mercenariis ad operam & exigendam. ¶ 1. Qu. Fr. 26. In exigendis vectigalibus.

EXIENS. 1. de Diu. 53. Quinto autem anno exeunte, cum esset spes, &c. pro Q. Gall. Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes.

EXIGO, ad dissolutionem cogo, postulo, flagito, extorqueo de Clar. 17. Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neque exigam: & erunt mihi grata, si solueris. 15. Fa. 16. Sed non vrgeo: longiores enim expectabo, vel potius exigam. 1. V. 33. Mâcipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt. pro Mur. 142. Desperatas iam pecunias exegerunt. 2. de Orat. 128. Quod facilius id à te exigam quod peto, nihil tibi à me postulant negabo. pro Font. 9. Qua-tornos denarios in singulas amphoras portorij nomine exigis-se pro R.P. 39. Posthumus exigit quod tradiderat. 13. Fa. 7. Et simul querebare, quod eos tributa exigere vetarem. 2. 6. Ne id quod petat, exigere magis quam rogare, & in mercedis potius quam beneficij loco numerare videatur. 6. 18. Teneor tam-diudum à Dolabella procuratoribus exigam primam pensionem. 2. de Ora. 23. Exigere collectam à conuiua. 3. V. 28. Exigere nomina sua. 4. At. 1. Exigere fructus prætermisso. 3. Offic. 94. Exigere promissa. 2. de Fin. 119. Exigerem ex te, cogerem-que vt responderes. 8. Fa. 6. Si ad illam summam veritatem ius exegesis. 2. de Fin. 73. Omnipotensque ex rebus voluptatem quasi mercedem exigit. 1. Tusc. 93. Atqui ab hoc acerbius exigit na-tura, quod dederat. de Opt. 15. Ut intelligent, quid ab illis exi-gant, qui se Articos volunt. 1. de Leg. 4. Qui à Poëta, vt à teste, veritatem exigunt. de Amic. 30. Liberalis sumus, non vt exige-mus gratiam: non enim beneficium feceramus, sed, &c. ad Br. 16. Benefacta pro debitibus exigimus.

¶ *Proſfigo*, pello. 2. A. 69. Is vxorem suam suas sibi res habere iussit, ex XII. tabulis causam addidit, exigit.

† ADVERB. Acerbè, 3. de Rep. Acerbius, 1. Tusc. Ampliùs, in Ver. Fa-cilius vectigalia, 2. Famil. Planè, de Petit. Consul. Praclarè, 2. de Leg.

EXIGOR. 2. de Ora. 199. Tum illa, quæ modò Crassus com-memorabat, egi, neque reges ex hac ciuitate exigi, neque tri-bunos plebis creari, neque plebiscitis toties confulariem pote-statem minui, &c. sine nobilium dissensione potuisse.

¶ Syntaxis. Exigere epistolas, vectigal, pensiones, collectum, fructus, gratiam, benefacta. Exigere ab aliquo, &c.

EXIGVE, tenuiter, exiliter. 3. de Ora. 142. Cum de duabus primis celeriter exiguae dixisse. de Ami. 58. Nimirum exiguae & exiliter ad calculos reuocare amicitiam. 10. Fam. 9. Nihil aut sero aut exiguae à patria cui tributum potest videri. 11. Att. 16. Epis-tola exiguae scripta.

¶ Syntaxis. Exiguae dicere. Scripta exiguae epistola. Exiguae tributum tibi est à Principe.

EXIGVITA, exilitas. 4. de Fin. 32. Istæ ipsæ obscurations, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant. 8. Fam. 10. Nunc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam prælagiebat.

EXIGVVS, exilis. 2. de Di. 37. Possum suspicari contractum mor-bo aliquo bouis exile, & exiguum, & vietur cor fuisse. para. 6. Ille sumtus non modò ad fructum, sed etiam ad fenus est exiguis. 5. Fam. 7. Quanquam literæ tuae exiguae significatio-nem tuae erga me voluntatis habebant. 3. de Or. 67. Ex ingenti quadam Oratore, immensoq; campo in exiguum sanè gyrum cōpellit. 1. 264. Tu aurem exiguis quibusdam finibus totum Oratoris munus circundedisti. pro Q. 2. P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguae amicorum copiae sunt. 1. de Orat. 16. Exiguum Oratorum numerū inueniri. Ibid. 57. Tenui quo-dam & exiguo sermone disputare. 2. Ibid. Rul. 5. Cui errato exigua laus proponitur. pro Rab. 9. Exigua & angusta. Par. 8. & 1. L. 9. Exiguo tempore absoluere aliquid. 1. de Or. 92. Exigui tem-poris opinio. || 1. de Fin. 63. Vide, AD MINISTRO.

† ADVERB. Valde, 9. Fam. Sanè, 2. Offic.

¶ Syntaxis. Cor exile, exiguum, vietum, synonyma Gyrus exiguis. Exigui fines: id est, angusti. Exiguae amicorum copiae. Exigua oratio, ac tenuis. Exiguum & angustum tempus.

F A M I L I A R I S, familiaritate coniunctus, necessarius, intimus, domesticus, qui in minima familiaritate alicuius versatur, vsu coniunctus. 1. Alienus. 16. Fam. 2. 1. Homo familiarissimus, & mihi omnibus rebus coniunctus. 3. 1. Is est ex meis domesticis atque intimes familiaribus. 2. A. 3. An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario meo? 1. Qu. Fr. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisq; sibi pertinet. 7. Fa. 8. Cæsar ad me scriptis, nōdum te sibi satis esse familiarem propter occupationes tuas, sed certe fore. 2. Offic. 3. 9. Habere amicos, quibus cum possit amiliares conferre sermones. In Var. 3. 1. Quis vnquam in luctu domestico, in funere familiari, coenauit cum toga pulla. 1. Tusc. 2. Res familiaris & domestica. 1. ad Her. 1. Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis, &c. pro Cœl. 6. 1. & 2. A. 78. Pieri familiarem alicui. de Amic. 3. 9. Vidimus Publ. Æmilium C. Lucinius familiaris suis. 2. Qu. Fr. 14. Ipse est enim veterator magnus, & perfamiliaris Philisteo, 3. de Or. 6. 8. Is qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est Demosthenes.

+ A D V E R B. Maximæ, & necessarius, omnino, valde, 13. Fam. Omnis, Tuscul.

+ A D I V N C. Domestici, atque intimes, 3. Fam. Veterissimi, 10. Fam.

& Syntaxis. Ex domestici & intimes familiaribus. Familiaris & necessarius. Intimus, proximus, familiarissimus. Familiarior.

F A M I L I A R I T A S, usus, consuetudo, necessitudo, coniunctio. 13. Fa. 19. Cum Lysone Patrensi est mihi quidem holspitum verus, quanq; ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta cum nullo hospite, & ea cum officiis eius multis, tunc etiam consuerudine quotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiariter nostra coniunctio. 1. Offic. 5. 3. Consuetudines prætere & familiaritates, multaque cum multis res rationeque contractæ. Ibidem. 15. Cū boni viri moribus similes sunt familiaritatæ coniuncti. 1. At. 16. Itaque in situ & in familiaritate adolescentis, & cum eo, vt res indicat,

indicat, congressus est. 13. Fam. 19. Nihil est familiaritate nostra coniunctus. pro Deiot. 39. Consuetudo familiaritatem afferit. 2. Off. 30. Familiarites habere fidem amantium nos amicorum. (aduerte.) 7. Fa. 15. 4. V. 169. Venire in familiaritatem alicuius. 1. Qu. Fr. 2. & 2. A. 78. Recipere aliquem in familiaritatem suam. pro Cornel. 58. Versari in familiaritatem alicuius. 1. de Orat. 24. Antonius summa familiaritate coniunctus. 4. V. 169. Is bene penitus in istius familiaritatem se dedit. 1. Qu. Fr. 2. Qui in tuam familiaritatem penitus intrat, pro Clu. 46. Is se ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Qu. 12. Tamen inductus confutudin e& familiaritate Quintius fecit, &c.

[†] A D I V N C T. Egregia, tanta, pro Cæl. Fidz., 1. Offi. Intima, maxima, nimia, pro Corn. Balb. Non fideles, summa, 1. de Ora. Magna alicuius cum aliquo, 15. Famil. Memorabilis, de Amic. Notissima, 12. Phil. Nimis, 1. ad Q. Fr. Peruetus, 13. Fam. Summa, 2. de Fin.

[¶] Syntaxis. In situ & familiaritate. Consuetudo familiaritatem efficit, afferit. In familiaritatē venire recipi, versari, se dare. In familiaritatem bene penitus intrare se dare. Ad familiaritatem se applicare. FAMILIAS, ut pater familiæ: id est, dominus & administrator rei familiaris. pro Qu. 11. C. Quivius suatum rerum pater familiæ & prudens & attentus, 5. de Rep. Boni patrifamiliæ, & colendi, edificandi, ratiocinandi quidam vñs opus est. pro S.R. 43. Patres familiæ. Ibid. 48. Patrifamiliæ.

FAMILIARITÆ, liberè amicè, 6. At. 6. Decreueram cum eo valde familiariter viuere. 1. V. 29. Cum aliquo familiarissime atque amicissime viuere. 9. Att. 3. Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. pro Cæl. 57. Licetius, liberius, familiarius cum aliquo viuere. 2. de O. 14. Hoc si tu cupidius factū existimas, Cæsari attribues: si familiarius, utriusque nostrum. *pro C. Cornel. 2. Familiariter ex aliquo quero.

[¶] Syntaxis. Familiarissime & amicissime. FAMOSVS, infamis. (Clarus, nobilis, honoratus, magnum nomen habens, qui est in magno nomine & gloria. 2. de Ora. 277. Nam me ad famosam vetuit mater accedere. Poëta. 4. de Rep. Atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non cerebant.

FAMVL A, ancilla. 1. Tuf. 75. Res familiaris est ministra & famula corporis. 2. 2. Si virtus famula fortuna est. FAMVLARIS, seruila. 1. 116. Famularis vestis. alias, familiaris. FAMVLATVS, seruitus. de Am. 72. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerunt. 3. Offi. 117. Quam misera virtutis famulatus seruientis voluptati.

[†] A D I V N C T. Miser, 3. Offi.

FAMVLOR. de Rep. Est enim genus iniustæ seruitutis, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse: cum autem hi famulantur, qui, &c.

FAMVLVS, pedissequus. 2. Offi. 24. Heris sit sanè adhibenda sauitia in famulos, si aliter teneri non possunt. de Amic. 55. Parare pecuniam, equos, famulos, &c. 2. Tusc. 48. Ergo hos ut famulos vincitis arceamus. 2. de Leg. 22. Famuli Ideæ matris.

[¶] Syntaxis. Res famula ministra & famula corporis.

FANATICVS, delirus, furens. 2. de D. 118. Ipsi Philosophi superstitionis, & penè fanatici. pro Dom. 105. Homo fanaticus.

FANDO. pro Qu. 71. Nulla intercessit postulatio, mitro aqua, verum ante hoc tempus nefando quidem audita. 1. de Nat. 83. Ne fondo quidem auditum est, ibim, &c. 4. Tuf. 63. Neque tam terribilis villa fondo oratio est.

[†] A D V E R B. Penè, 1. de Diu.

FANDVS, preferendus. 1. de D. 66. Neque me Apollo fatus inuitat ciet. Poëta.

FANVM, templum, locus, religiosus. 2. de Leg. 28. Athenienses Contumelias fanum & Impudentiae fecerunt. 1. de Inu. 1. Crotoniata templum Iunonis religiosissimum colebant. Ibid. Propter fani religionem: cum de eodem templo loqueretur pro Rab. 30. Pro fani atque delubris propugnare. 2. de Fin. 63. Ita non superstitionis erat, ut illa plurima in sua patria sacrificia & fana contemneret. 5. Fa. 20. Ut pecunia in fano poneretur. Ibid. Fanum, templum, aedes sacra. Lege, AED E S. 3. V. 52. Spoliatum esse fanum Iunonis. Ibid. Omnia signa ex fani, plostris euecta asportataque esse. Ibid. Perga fanum antiquissimum & sanctissimum Diana scimus esse. Id quoque à te nudatum & spoliatum esse dico.

[†] A D I V N C T. Antiquum, nobilissimum & antiquissimum religiosissimum atque antiquissimum, 6. Ver. Antiquissimum & nobilissimum, religiosissimum, 2. Ver. Antiquissimum, & sanctissimum, in Piso. Locupletissimum, & antiquissimum, religiosum, pro Poin. Multa, 1. de N. Patria, pro Rab. Sanctissima, atque antiquissima, 7. Ver.

[¶] Syntaxis. Fanum facere, colere. Pro fani arque delabris pugnare. FARCVS, plenus. 7. V. 27. Puluinus perlucidus, Melitensi rosa farcitus.

FARIS, vel Fare, fatur, loqui. 1. de D. 81. Tum enim ferunt ex oraculo hæc fatam esse Pythiam. de Yn. 3. Tum ad eos is deus qui omnia genuit, fatur: Hæc vos, &c. 5. Tufc. 116. Epicurei nostri Græci fari nesciunt, nec Græci Latinè. * 2. de Glor. Fabitur hoc aliquis.

[†] A D V E R B. Græcè, Latinè, 5. Tufc.

FARTOR, qui lucanicas facit & facit suis qui aues facit & sagittat. 1. Offi. 150. Cetarij, lanij, coqui, farrores, pisces, &c.

FARTVS, farcitus. 2. Tuf. 24. Tum iecore opimo farta satiata affatim, &c. Or. 163. Poëta. Farta arua.

FASCIUS, quod licet. 2. cont. Rul. 19. Ut id quoad posset, quoad fas claret, quoad licet, populi ad partes daret. pro Dom. 35. Factus es filius, contra fas, curis per se atatem poteras esse pater. pro Milo. 44. Clodium nihil electat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges licet. pro Dom. 127. Neque enim id fieri fas erat. de Ar. 34. Oratores contra ius fasque imperfectos. 1. Att. 13. Ius & fas omne delere. pro Dom. 94. Cum hoc mihi vni dicere fas fuisset. pro Clu. 12. Socrus generi sui, contrà quam fas erat, amore capta. pro Mur. 80. Ciues, si eos hoc nomine appellari fas est. 5. Tuf. 38. Si hoc fas est dictu.

[¶] Syntaxis. Fas est, licet. Contra fas. Id per naturam fas est. Contra ius fas. Fas & ius. Ille, contrà quam fas erat, amauit. Fas dictu. Id agere fas est.

FASCEOLAE, fascia: sunt crurum integumenta, quibus ornatur causa crura inferiora vinciebant. de Ar. 44. Mulieres soleæ purpureæ fasceolæ. alias, Fascolæ: & quidem melius.

[†] A D I V N C T. Purpureæ, de Arusp.

FASCIA. 7. At. 3. Etenim mihi eius caligæ vt fasciæ cretæ non placebant. de Cl. 217. Cn. Octavius qui deuinctus erat fasciæ, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. 2. de Diu. 134. Quidam somnauit ouium pendere ex fascia lecti sui cubicularis. in Clod. Cum vincirentur pedes fasciæ.

[†] A D I V N C T. Cretæ, 7. Att.

FASCIOLVS. 2. Qu. Fr. 11. Fasciculus ille epistolarum, in quo fuerat & mea & Balbi torus mihi aqua madidus redditus est. 12. Att. 52. Eas epistolas in eundem fasciculum velim addas. 5. 11. Accepi fasciculum, in quo erat epistola Pyliæ. 2. 13. Fasciculus literarum. 3. Tusc. 43. Fasciculum ad nares admouebit?

FASCISS. 8. At. 3. Age iam has compedes, fasces, inquam: hos laureatos, hæc ferre ex Italia quam molestem est. 2. cont. Rull. 92. Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. 7. V. 12. Fasces Prætoribus preferri. 4. 11. Quæstores cum fascibus mihi præstò fuerunt. pro Dom. 24. Nullus locus orbe terrarum vacuus extraordinaris fascibus & imperio Clodiano fuisset.

[†] A D I V N C T. Cruenti, in Piso. Extraordinarij, pro Dom. Formidolosi, 1. cont. Rul. Laureati, 1. de Diu.

[¶] Syntaxis. Fasciculus, & literarum fasciculus.

FASTI, libri in quibus cuiusque diei anniq; gesta continentur. 6. Att. 1. Flauius Annij filius protulit fastos: nam occultatam putant quadam tempore istam tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis. pro Mur. 25. Posse agi, n'cne, pauci quondam sciebant: fastos enim vulgo non habebant. ibidem. Scriba quidam Cn. Flauius singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilauit. de Pro. 46. Non omnibus fastis legem ferri licere. in Pif. 30. Hanc legem vlli fasti ferre possunt. Brut. 15. Decreui vt in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur. ibidem. Quod ego cum dabam Bruto, notam esse in fastis gratissimæ victoriae memoriae volebam. 6. V. 151. Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent. 4. 132. Eximere dies de fastis. pro Sest. 3. Confuses non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi. 4. At. 8. Longè paginula in codicillorum fastis. 1. Tuf. 68. Luna accretione & diminutione lumen quasi fastorum notans & significans dies. 5. Fa. 12. Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum.

[¶] Syntaxis. De fastis auferre, eximere.

FASTIDIO, offidio, afflictionem atque fastidium ad aliquam rem habet. pro Mil. 43. Qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam recte factis sœpe fastidunt. alter, in recte factis. Lege, PER TÆDE T.

FASTIDIOSÆ, ambitiosæ, lente. 1. de Ora. 258. Quod ego non tam fastidiosæ in nobis, quam in histrionibus spectari puto. pro Pla. 65. Tum ego stomachans fastidiosæ, inquam, &c. 1. de Ora. 118. Diligenter ac propè fastidiosæ iudicare aliquid. 2. At. 1. Lent & fastidiosæ probare aliquid. 2. de Orat. 364. Prudentius, vel intiuïtus, vel etiam fastidiosus facere aliquid.

FASTIDIOSVS, difficultis. de Cl. 107. Antonius facilis in recipie- dis causis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat.

[¶] Abborrens. de Cl. 247. M. Memmius fastidiosus literarum Latinarum.

[¶] Insolens. 4. ad Her. 53. In aquos & pares fastidiosus.

[¶] Facile fastidens. Ibid. 33. Aurium sensus fastidiosissimus.

FASTIDIVM, offendit. 2. de Orat. 209. Non sunt tanti villa eius merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium. 10. A. 28. Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. 12. P. 20. Nec id sit fastidio meo, sed charitate reipub. in Sal. 2. Ego dabo operam, vt pro me minimo cum fastidio respondeam. 3. de Or. 96. Ab aliquo celerrimè fastidio quodam & fastidate abalienati. Ibid. 191. Ut neque ij patienti qui audient, fastidio similitudinis. 1. de Orat. 258. Quæ recta sunt probari, quæ

praua sunt fastidiis adhaerescere.de Opt. 18. Quod igitur est eorum in orationibus à Gracco conuersus fastidium? nullum cùm sit in verbis.Ibid. 2. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio.4. Tuic. 2. 3. Eaque, quæ eis morbis contraria, quæ habet ad res certas virtutem offendit atque fastidium. 1. de Fin. 10. Insolens dometicarū rerum fastidū. 1. de Inu. 25. Cibi satietas & fastidū. 1. de Fin. 5. Rude enim esse omnino in nostris Poëtis, aut inertissimæ segnitia est, aut fastidij delicatissimi.

† A D I V N C T. Delicatissimum, insolens, 1. de Fin. Ingenuumque libertum, de Clar. Minimum, in Salut.

§ Synt. Bono fastidire, in bono. Fastidiosū stomachans. Diligenter & fastidiosū è Pudentiis, inuidius fastidiosū. Fastidiosū virtutum. In pares fastidiosū. Id ago non fastidio meo. Fastidium & satietas. Virtuosam habere offendit atque fastidium ad pietatem. Iners segnities, aut fastidium delictatum.

F A S T I G I U M, column, conus finis, translatione. 3. de Or. 178. Capitoli fastigium illud, ceterumque axium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. 3. Q. Fr. 1. Testum multorum fastigiorum. 2. A. 110. Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum, fastigium, flaminem, &c. 3. Offic. 33. Imponere fastigium operi inchoato. (Iacere fundamenta).

† A D I V N C. Multa, p. e. 2. de Diu.

F A T A L I S, ex omni aeternitate definitus & constitutus. Postquam ad Quir. 19. Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate cum fortuna belligerandum fuit. pro Marcell. 32. Respub. perfuncta est hoc misero fatali que bello. de Fat. 19. Caufæ fatales. de Som. 31. Cùm hi duo numeri circuitu naturali sumam tibi fatalem conferent. 1. Acad. 29. Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. de Fat. 30. Tam enim fatale est medicum adhibere, quam conualescere. 2. de D. 24. Non igitur fatales existus haberunt. de Ar. 6. Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginum euerit. Postquam in Senat. 4. Ille annus, quem ego mihi quām patriæ malueram esse fatalem. 2. A. 11. Quod fuit illorum utriusque fatale. pro Seft. 17. Sed fuit profecto quædam illa reipub. fortuna fatalis, vt ille, &c. de Cl. 2. 50. In hoc communi nostro & quasi fatali malo. 4. C. 2. Meus Consulatus ad laudem reipub. propè fatalis fuit. 3. 9. Hic annus fatalis est ad interitum huius viris. I.P. 9. P. Clodius fatale portentum reip. de Fat. 5. Vis est nulla fatalis. 1. de N. 55. Fatalis necessitas rerum futurorum. Par. 73. Quæ cuicunque accidunt diuinis artis fatalia. 6. A. 19. Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, &c. nunc si quis erit, erit voluntarius.

F A T A L I T E R, necessariò. 2. de Diu. 19. Omnia quæ fiunt, quæque sunt, ex omni aeternitate definita esse fataliter.

§ Syntaxis. Fatalis & immutabile. Certum & fatale. Diuinum & fatale. Ex omni aeternitate definita res fataliter.

F A T E N D O. Partit. 50. Mori maluit falsum fatendo, quām inficiando dolere. 2. de N. 117. Hominum causa carum rerum copias comparatas fatendum est.

F A T E O R, confiteor. 10. Fam. 13. Laterensis nostri animum in rempub. singularem semper fatebor. pro Cec. 24. Non solum fateri, sed etiam profiteri aliquid. pro Rab. 17. Quamobrem fator, atque etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis iudicium à me fuisse sublatum. de Clar. 76. Tu qui à Nélio vel sumpsisti multa, si fateris, vel si negas, surripuit. Antequam. 17. Qui de scelere fateretur. 2. de Inu. 77. Fateri de aliqua re. 2. con. Rul. 56. Quæ est ista æquitas? hunc agrum exciper nominatim, qui publicus esse fateatur. * ubi patine usurpatur.

† A D V E R. Acute, statis, 13. Phil. Aperte, 6. Attic. Plane, 10. Fam.

§ Syntaxis. Fator, & profiteor, & præ me fero.

F A T I D I C U S, quem Linus fatiloquum dicit. 2. de Leg. 20. Fatidorum & vatum effata incognita interpretari. 1. de N. 18. Anus fatidica Stoicorum περὶ οὐνοῦ.

F A T I G A T U S. Top. 24. Fatigatur igne.

F A T V I T A S, stultus. 2. de Inu. 99. Postea definitionibus ostendere non hanc imprudentiam aut casum, sed inertiam, negligientiam, fatuitatem nominari oportere.

F A T U M, vis fatalis, fortuna, fatalis necessitas. de Fat. 20. & deinceps. Fati necessitas, quod à Deo constitutum & designatum est ut euenerit, causarum series sempiterna, causæ aeternæ rerum futurorum, causæ immutabiles & aeternæ, causæ inclusæ in rerum natura atque mundo. 1. de D. 125. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. fatus autem id appello, quod Graci εἰμι γενίλιον id est, ordinem seriemque caularum: cum causa causa nexa rem ex se gignat, ea est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna. Ibid. Fatus est causa aeterna rerum, cur ea quæ præterierint, facta sint: & ea quæ instant, fiant: & ea quæ consequntur futura sint. 3. de Nat. 14. Quod semper ex omni aeternitate verum fuerit, id esse fatus. de Fat. 39. & 1. de Nat. 25. Omnia fato fieri, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. 2. de D. 19. Nihil fieri extra fatus. de Fat. 33. Stoici fato omnia fieri dicunt. Topic. 59. Ex hoc genere caesarum ex aeternitate pendentium fatus a Stoicis nequit. 2. de D. 19. Omnia quæ fiant, futuræ sint, fato contineri. Ibid. Anile sanè & plenum superstitionis fatus nomen ipsum. 2. de D. 20. Ruina

igitur oppressus esset: at id neque si fatus fuerat, effugisset: neque si non fuerat, in eum casum incidisset. Ibid. Mutari enim fatus de Fat. 5. Daphnaea fatus fuit de equo cadere, nullum effugiare. Ibid. 28. Si fatus tibi est ex hoc morbo conualefcere. 2. de Diu. 98. L. Tarutius viris nostræ fata canere non dubitabat. 166. Neque me Apollo fatus fandis dementem invitam cier. de Somn. 3. Sed eius temporis anticipé video quasi fatorum viam 1. de Diu. 100. Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse. Ibid. 1. Prædicere, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. pro Cor. 5. 8. Fuit hoc meum fatum, vt in me, &c. 1. de Diu. 20. Atque hac fixa graui fato & fundamento tenentur, ad Octau. At te fata patriæ Paridem futurum prædictabant. pro Font. 35. Ea conditione atque eo fato natum esse me, &c. pro Mil. 30. Milo hoc fato natus, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vñā rem publicam seruaret. pro Marc. 13. Omnes qui ad illa arma fato sumus, nescio quo reipubl. misero funefioque compulsi. 15. Att. 5. Ego quid faciam: aut quo me fato geram. 1. Quoniam meo fato fieri dicam, vt, &c. de Vn. 35. Nec vos vlla mortis fata vñquā perirent. 1. A. 10. Si quid mihi humilitus accidisset: multa enim impendere videbant præter natum, præterque fatus. pro Dom. 145. In illo penè fato reipub. 4. ad Heren. 56. Vita hominis fato debetur. 1. Att. 15. Si nostrum fatus aut fortunam conquereremur. pro Marc. 30. Illud fatus est, hoc consilij. 3. C. 19. Nisi dij immortales omni ratione placati, propè fata ipsa flexissent.

¶ Infortunium. 1. Q. Fr. 4. Ut meo fato & tu, & omnes mei corruistis. 9. Attic. 14. Miseros nos, cur non omnes fatus illius vñā executi sumus? 2. C. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod & pœnam, iamdiu improbitati debitam. de Cl. 32. Sic Hortensij vox extinta fato suo est, nostra publico. 3. C. 17. Neque tanto ante exitium ac fati diem reipu. denunciasset. 6. Fa. 7. Qua quidem in re singulari sum fato. 3. A. 35. Iam fatus extremum reipublica venit.

¶ Vaticinium. 3. C. 9. Lentulus autem confirmavit ex fatis Sibyllini, aruspiciisque responsis, se esse tertium illum Cornelium, &c.

† A D I V N C. Extremum reip. 3. Phil. Funesta, p. e. 2. de D. & Ibid. Totum, graue, 5. Phil. Misérum, funestumque, pro Marc. Perniciosum, fatidare, 1. de Diuin. Publicum, de Clar. Sibyllina, 3. Cat. Singulare, 6. Fam. Supremum, 2. Tusc.

§ Syntaxis. Fato fieri, contineri. Nisi fatus sit, euades. Illius fatus sum demergi.

F A T V S, stultus. pro Deiot. 21. Non modò nequam & improbus, sed & fatus & amens. 6. At. 6. Puer fortasse fatus, & nō gravis, nec continēs. 2. de Or. 99. Hoc præceptum est magis monitoris nō fatus, quām acuti magistri. 2. de Fin. 70. Nisi plane fatus sint. 10. Famil. 26. Ne cum periculo fatus sis. 2. de Orat. 274. Homo fatus, &c.

† A D V E R B. Diuinitus cum periculo, 10. Fam. Planè, 2. de Fin.

§ Syntaxis. Fatus & amens.

F A V C E S, angustia gutturi. 2. de N. 95. Patefactis terre faucibus, pro Cl. 8. 4. Faucibus premi. 1. Qu. Fr. 1. 16. Tuscanus, cuius tu ex impurissimis faucibus in honestissimam cupiditatem eripuisti.

¶ Locus angustus. 2. con. Rul. 86. Corinthus erat posta in angustis atque in faucibus Graecia.

¶ Discrimen periculum. 1. de Or. 22. 5. Omitto fauces, ex quibus te eripi vis. pro Arch. 2. 1. Vrbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus eruptam esse atque seruatam.

¶ Aditus. 5. V. 145. & pro Quin. 25. Æmilius sedens in faucibus macelli.

† A D I V N C. Impurissimæ, 1. ad. Qu. Frat.

* F A V E N S. pro C. Corn. 2. Fauente nobilitate.

F A V E O, ßudeo, amo, complector. (Inuideo. de Clar. 33.) Tibi fauimus, te tua frui virtute cupimus, tibi optamus eam rempub. in qua, &c. 12. Fam. 7. Fauebam & reipubl. cui semper faui, & dignitati ac gloriæ tuae. 1. 7. Qui mihi semper tua laudi fauere vilis est. 3. 6. Non magis mihi faueo in amicitia nostra tuerenda, quam tibi. 10. 19. Non multo plus faueo patriæ, quam tibi. 15. 4. Huic mea voluntati, in qua inest vis desiderij, vt faucas adiutorique sis, vehementer te rogo. pro Planc. 20. Cuius honoris, agri, proprie dicam ipsi montesque fauerunt. pro Lig. 8. Cuius ego industræ gloriæque faueo. 8. At. 3. Fauere honoris alicuius. in Sal. 1. 2. Ego virtutibus Cæsaris faui. pro Plan. 18. Qui fauunt nobilitati. Antequam. 24. Faueat innocentia. 1. de D. 102. Rebusque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauarent, linguis imperabatur. 2. de D. 83. Iam illa fauete linguis, &c. 2. A. 21. Ego fauisse me tibi fateor. 1. de D. 57. Galli silentio noctis, vt ait Ennius, fauet faucibus: rufus cantu plausuq; premunt alas. pro Qu. R. 29. Qui diligebant hunc, illi fauebant.

F A V E T V R. 2. de Or. 207. Inuidetur enim cōmodis hominū ipsorum, studiis autē eorum ceteris commodandi fauetur. 2. de Off. 45. Non modò non inuidetur illi ætati, verū etiam fauetur.

† A D V E R B. Aperte, 7. Phil. Mirabiliter dignitati, 10. Fam. Mirè, 16. Att. Validissimæ, 8. Fam. Verè saluti, 4. Fam.

§ Synt.

Synt. In hoc tibi nō faueo. Faueo & adiutor sū. Faueo suis amicis.
FAVNVS. 3. de N. 15. Fauni vocem equideum nunquam audiui.
1. de D. 101. In priliis Fauni audit. Ibid. 114.

Verus quos olim Fauni vates & canebant.

FAVONIVS, Gracē Zephyrus, ventus ab occidente flans. 7. V. 27. Veris
initium non à Faueo notabat, sed cū rosam viderat, tum in
cipere ver arbitrabatur. 4. AC. 105. Mare Fauonio nascente pur-
pureum videtur.

FAVOR, gratia, studium, iactatio, aura, iactatio, curus, popularis, pro-
p̄ter flatus fortunae pro Q.R. 29. Quām expectationem, quod stu-
dium, quem fauorem fecit in scenam attulit Panurgus? * Frag.
ep. Eum amore, & eum, vt hoc verbo vtar, fauorē in consilium
aducabo.

FAVSTE, fortunatē, pro Mur. 1. Idem ego precatus sum, vt ea res
vobis faustē, feliciter prosperēque eueniret. hic in tribus verbis
est synonymia.

FAVSTVS. 1. Tusc. 118. Horribilem eum diem aliis, nobis fau-
stum putemus. pro Fl. 103. O nox illa fausta huic vrbī. 1. de D.
102. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum,
felix, fortunatumque esset, p̄fababantur. (hic synonymia in qua-
tuor verbis) Ibid. 106.

Fausta signa sua laudis reditus & notauit.

FAVTVRVS. 12. At. 48. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, me
tamen ei fautorum. pro Pl. 1. Inuidos huic accusationi esse fau-
turos.

FAVTO R, studiosus, studens pro Pl. 55. Multi sunt cupidi tui, mul-
ti fautores laudis tuæ. Ora. 240. Non inuidi solum, sed fautores
etiam laudum mearum. pro Pla. 1. Cū multos & bonos viros
eius honori viderem esse fautores. 1. Fa. 9. Cuius ego ab adoles-
centia fautor & adiutor extixi. 12. 25. Ego tuorum consiliorum
dignitatisque fautor, &c. 10. 12. Me tuæ dignitatis non modò
fautor, sed etiam amplificator cognoscet. pro S.R. 16. Hic
nobilitatis fautor fuit. 1. Att. 3. Studiosus ac fautor alicuius.

† ADIVNCT. Improbissimus alicuius, po S.R. Partim inimici, partim
inuidi, pro Pl. Pristis, 12. Phil.

FAVTRIX. pro Planc. 22. Nostra illa fautrix suorum regio. 1. de
Fin. 67. Amicitia fautrices fidelissimæ voluptatum.

† ADIVNCT. Fidelissimæ, 1. de Fin.
Syntaxis. Fautor laudum, & laudibus. Fautor & adiutor alicuius. Et fautor, & amplificator. Studiosus & fautor.

FAVVS. 1. Offic. 157. Atque vt apum examina, non fingendorum
fauorum causa congregantur, sed cū congregabilia natura
sint, fingunt fauos: sic homines, &c.

FAVX. vide, FAVCES.
FAX, teda. 2. A. 91. Illæ faces, quibus incensa L. Bellieni domus
deslagravit. I.P. 5. Ego faces iam accensas ad huius vrbis incen-
dium extinxii. Ibid. 26. Cū ardentes faces furiis Claudianis
ministrabas. de Arusp. 39. Cū ardentes faces in vicinorum te-
cta iactas. 14. Att. 10. Serui cum facibus in tecta nostra immisi.
1. C. 32. Malleolos ad incendendam vrbem facēsque compara-
re. pro C. 13. Prouidendum fuit, ne in hanc materiam seditionis
ista furesta fax adh̄resceret. 6. V. 74. Dextera ardentein facem
præferebat. 4. Acad. 89. Diana facem iacit à lœua. 1. C. 13. Cui tu
adolescendo non ad libidinem facem prætulisti? 2. A. 48. Anto-
nius omnium Clodij incēdiōtum fax. 1. Off. 37. Dolorum cūm
admouentur faces, præter modum plerique exterterunt. 2. de
Or. 105. Neque paruis in rebus adhibendæ sunt ha dicendi fa-
ces. pro Cl. 15. Faces nuptiales. 2. de Nat. 14. Faces cœlestes visæ.
3. C. 18. Visæ iam nocturno tempore faces.

† ADIVNCT. Ardens, 6. Verr. Cœlestes, 2. de N. Fœda ac luctuosa reip.
de Arusp. Funesta, Anteq. ir. Nuncia belli, 1. de Diu. Infesta, ac funesta,
pro Syll. Nuptiales & ardentes, 5. Tusc. Scelerata, Part.

Syntaxis. Faces ministrare, iactare, cōparare. Fax adh̄rescit. Pra-
fere alicui facem ad libidinem. Dolorum admota faces. Antonius
fax. &c. Dicendi faces adhibere.

FAX 1.1, faxint, futuri temporis: pro, faciat, faciant. 5. V. 81. Dij im-
mortales faxint, ne sit alter, &c. de Senect. 73.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu.

Faxit, cur volito viuu' per ora virūm.

14. Fam. 3. Dij faxint vt tali genere mihi frui liceat. 16. At. 1. Dij
faxint, vt faciat ea quæ promittit. 15. 28. Quod promittis, dij fa-
xit. 2. de Leg. 19. Qui fecus faxit, Deus ipse vindex esto.

Syntaxis. Faxit Deus, vt. &c. Si fecus faxit: id est. agat.

FERICVL A, commotiucula. 6. Att. 9. Erat in extremo, tum te
febriculam habentem scripsisse. 10. Fam. 21. Qui ex labore in
febriculam incidit affiduum & satis molestam. 12. Att. De Atti-
ca febricula scilicet, valde dolui.

† ADIVNCT. Affidua, & satis molesta. 10. Fam.

FEBRIS, calor & siccitas in animante toto minimè naturalis. C. 31.
Qui æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, prius
releuari videntur, deinde multò grauius vehementiūque affi-
stantur. de Fat. 15. Si cui venie sic mouentur, is habet febrem. 7.
Fa. 26. Cū decimū iam diē grauiter ex intestinis laborarem,
nec probarem me non valere, quia febrim non habebam, fugi

in Tusculanum. 3. de Orat. 6. Ex quo sudore cum cohors uisit,
cum febri domum redit. Cornel. Nepos in vita Att. Si cū bi-
duum cibo se abstinuisset, subito febris deceperit. 5. Att. 8. Incom-
moda valetudine emerſerā, vt pote cū sine febre laborassem.
6. 9. Cognoui ex eo quod ita scriperas. te Roman venisse cum
febri. 16. Fam. 15. Ægypta mihi nunciauit, te plena carere, &
bellè habere. 1. Tuf. 88. Inest enim velle in carendo, nisi cum sic
tanquam in febri dicitur. 3. de N. 24. Vide ne tertianas quidem
febres & quartanas, diuinias esse dicendum sit, quarum reuer-
sione & motu quid potest esse constantius?

† ADIVNCT. Tertiana quartanaque, 3. de Na.

Synt. Habere febrim. In febrim incidere assiduum. Esse ire cū febri.
In tertiu diem febri incurrit. Febris carere. Febris reuersio, & motus.

FERRARIUS, intercalaris, vel intercalarius mensis. 2. de Leg.
54. Februarius mensis extremus anni. pro Qu. 24. Ante diem.
1111. Ca. Februarij, id est, Cal. intercalares, Lege, INTERCALA-
RIS. 4. V. 76. 2. Qu. Fr. 12. Mensis Februarius postulatis & le-
gationibus prouinciarum audiendis dabatur, ex lege Gabinia.

† ADIVNCT. Sterilis, 2. ad Q. Frat.

FECIALIS, idem & sacerdos & orator. 2. de Leg. 21. Federum,
pacis, bellī, induciarum, Oratores faciales, iudices 1111. sunto. 7.
V. 48. Dij approbent, habemus hominem in facialium manibus
educatum.

FECIALIS, à faciali factum constitutum. 1. Off. 36. Belli qui-
dem aequitas sanctissimè faciali pop. Romani iure prescripta
est. 3. 108. Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, ad-
uersus quem & totum ius faciale, & multa sunt iura cōmunitia.

FEL, flava bilis. 2. de D. 12. Gallinaceum fel, &c. quid habet. natu-
rale, quod declarare possit, quid futurum sit?

FELES, vel FELIS, domesticæ bestiæ murib⁹ infesta. 1. de Leg. 32.
Qui canem & felem vt deos colunt. 1. de N. 83. Crocodylum, &
ibid, & felem non violari ab Ægypto. 5. Tuf. 78. Feles, canis,
crocodylus.

FELICITAS, beatitudo, prosperitas, secunda res.) Afflita fortuna.
2. A. 59. Antonius fuit felix, si potest villa in scelere esse felicitas.

pro Pomp. 47. Felicitas, quam praefare de seipso nemo potest:
meminisse & commemorare de altero possumus. pro Syl. *Ali-
quid casu magis & felicitate ab aliquo, quam virtute & cōfilio
gestum esse. de Cl. 4. Summa alicuius felicitas. pro Font. 32. Fel-
icitas Fontej in re militari. de Clar. 329. Felicitas ipsius, qua
semper vsus est. 2. Qu. Fr. 13. Felicitas L. Sylla. 4. ad Her. 28. Illi
fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparauit.
*Frag. ep. Neque quicquam aliud est felicitas, nisi honestarum
rerum prosperitas: vel, Felicitas est fortuna adiutrix consiliorū
bonorum.

† ADIVNCT. Incredibilis, 6. At. & pro Mil. Par, pro Flac. Perpetua, sum-
ma, de Clar.

Syntaxis. Virtus, Deus dans felicitatem.

FELICITER, pro præfere, fortunatē, faustē. 4. V. 95. Satis feliciter an-
ni iam aduerso tempore nauigauit. pro Mur. 1. Idem ego pre-
catus sum, vt ea res faustē, feliciter, prosperēque eueniret. de
Pro. 33. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum priliis
felicissimè deceritauit. 5. A. 40. Respub. bene & feliciter gesta.

FELIX, beatus, fortunatus, florens, cui benē est. 1. de D. 102. Anti-
qui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortu-
natum eset, p̄fababantur. 1. Qu. Fr. 1. 23. Asia in te retinendo
fuit felicior, quam nos in deducendo. de Cl. 63. Sed ille Græcius
ab omni laude felicior. 2. A. 64. Cæsar Alexandriam se recepit
felix, pro S.R. Quamvis Sylla felix sit, sicut est, tamen, &c. 5. de
Fin. 92. Polycratem Samium felicem appellant. pro Font. 33.
Felix ad casum fortunāque.

Syntaxis. Faustē, feliciter, præfereō. Felix ab omni laude.

FEMEN, cruris seu coxendicis pars interior, & inferior. 6. V. 93. Si-
gnum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis mi-
nitis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. 1. de Nat. 100.
Redundans pedibus, feminibus, cruribus, &c.

FEMVR, cruris vel coxendicis pars exterior. de Cl. 277. Frons non
percussa, non femur, nulla pedis supplosio.

FENESTRA, locus apertus ad lumen accipiendum. 2. Att. 3. Fene-
strarum angustias quod reprehendis, scito te καὶ ποιεῖν re-
prehendere. 1. Tuf. 46. Ex partes, que quasi fenestræ sunt animi.

FERA, bestia, fera bestia. 2. ad Her. 29. 1. Offic. 50. Feræ rationis &
orationis expertes. pro S.R. 71. Noluerunt feris corpus obiicere,
ne bestiis quoque, que tantum scelus attigissent, immanioribus
vetremur. 3. Off. 68. Excitare & agitare feras.

† ADIVNCT. Immanis. Att.

FERALIA, dies erant dij manibus consecrati, quod ad tumulos epul-
las ferrent, ibi, cœnas & epulum agitarent. 8. Att. 12. Video Casar-
em à Corfinio post meridiem profectum esse feralibus.

FERAX, uber, fæcundus, fertili, frugifer. 5. V. 104. Agri sunt fera-
ces. Of. 48. Nihil feracius ingenii. 3. Offic. 5. Nullus in Philo-
philia locus est feracior, nec vberior, quam de officiis.

FERCVLVM. 1. Off. 132. Cauendū est, ne tarditatibus utramur in-
gressu mollioribus, vt pomparū ferculis similes eset videamur.

Fortasse melius hic ferulus, ut baiulus, diceretur: nam non est dum quin hoc loco pro iis qui usus simulachrae deorum, & id genet alia, in pompa seu triumpho ferunt, accipiatur: non, ut plerique omnes existimant, pro epulis, aut pulpitibus, seu aliis quibusvis rebus, nam de incessu loquitur tardiore, qualis eorum esse solet hominum, quos id genus pompas ferre videamus.

FERE, ferme propere, propemodum. 2. de Orat. 22. Lælius semper ferè cùm Scipione solitus erat rusticari. 6. Fa. 10. Omannes ferè familiares Cæsaris me colunt & obseruant, pro Clu. 46. In quibus quantus splendor sit, quām propè aquabilis, quām ferè omnium constans, & moderata ratio vita nemo vestrum ignorat. 2. de Inu. 46. Probabile est, quod ferè fieri solet. 2. de L. 3. Pater meus hic ferè axatem egit in literis. 1. Off. 6. 1. Statuas videmus ornatus ferè militari. Ibidem 60. Quidammodum ab his rebus ducatur honestus, satis ferè diximus. 7. Att. 1. Hæc ferè sunt in illa epistola, &c. Ibid. 6. Nec adhuc ferè inueni, qui non, &c. 1. Fam. 9. Nam ab orationibus disiungo me ferè, referoque ad mansuetiores musas. de Clar. 150. Aetates nostræ nihil, aut non ferè multum differunt. de Amic. 1. Sermo qui tum ferè erat multis in ore. pro Pomp. 24. Hoc iam ferè sic fieri accepimus: vt, &c. 14. At. 22. E Pompeiana naui adiectus sum in Luculli nostri hospitium VI. Iduum, hora ferè tertia. ibidem. A Lucullo postridie eadem ferè hora qua veni. 7. 16. Hora ferè nona. I. P. 14. Idem illo ferè biduo productus in concionem, &c.

Syntaxis. Non ferè multum abest. Hæc ferè volui dixisse. Id ferè non difficile diuit. Aetatem ferè in literis agere.

FERENDVS, tolerandus. Intolerandus. 3. C. 22. Quibus ego, si me restituisse dicam, nimium mihi sumam, nec sum ferendus. de Senec. 5. Quod ferendum est mollius sapienti. 1. C. 18. Illa superiora quām ferenda non fuerunt, tamen vt potui, tuli. 6. V. 83. Nihil mihi indignius ferendum videtur. * Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho.

A D V E R B. Molliter sapienti, de Senec. Vix, pro Cæl.

FERENS. 1. de Orat. 227. Quod is L. Scribonio questionem in eum ferente populo misericordiam concitasset.

FERENTANI, populi. pro Clu. 197. Adsunt Ferentani, homines nobilissimi, &c.

FERIAE, dies festi, cœlestium dies quieti. 2. de Leg. 19. Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem haber litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum. Ibid. 19. Feriis iurgia amouento, eaque in famulis (operibus patratis) habento. Ibid. 55. Nec verò tam Denicales, quā à nece appellatae sunt, quā fiduci morri, quām ceterorum cœlestium quiete dies feriae nominarentur: nisi maiores eos qui ex hac vita migrassent, in deorū numero esse voluissent. 3. Off. 59. Querit ex proximo vicino, num feriæ quadam pescatorum essent. 3. Qu. Fr. 5. Nouendiales feriæ, quā fuerunt Tuditano & Aquilio Coss. 1. de N. 15. Cū feriis Latinis ad C. Cottam familiarem meum venissem. 13. At. 43. Dies feriarum mihi additos video. 2. de Leg. 57. Contraria censet habendas triduum ferias. 1. de D. 102. Imperata ferias. 3. de Orat. 82. Tantum tribui doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas & forenses feriæ concesserunt.

A D I V N C T. Forenses, 3. de Orat. Nouendiales, 3. ad Q. Fr. Publicæ, 2. de Leg.

Syntaxis. Feria, festi, dies. Habere ferias triduum.

FERIATVS, oriosus, vacans. 1. de Nat. 103. Epicurei deum feriatum volunt cessatione torpore. 3. de Ora. 55. Aliquem feriatum esse. 12. Fa. 16. Ne putres in Asia etiati illum à studiis futurum.

FERIENDVS, perciendus. 2. de Or. 72. Aduersarius qui sit & fieriendus, & repellendus.

FERINV S, quod ferarum & belluarum est cum feris commune. 1. de Inu. 2. Viētus ferinus.

FERIO, perciuo. pro Cor. 52. Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis. pro Cæl. 60. Ferire paritem. 1. At. 1. Puto te in hoc tristis aut ingemuisse, vt frontem ferias. 2. de Or. 44. Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam hæc genera virtutum: feriunt enim auré hominum. 1. Off. 73. Quo minus patet multa in eorum vita, quā fortuna feriat. Or. 226. Binis aut ternis ferire verbis.

Contraho, ico pro Cæl. 34. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorus turpissimorum quotidie foedera ferires: pro R. P. 6. & 2. de In. 92. Ferire foedus cum aliquo.

FERIOR. 15. Fam. 16. His autem spectris etiam oculi possent feriri, animus qui possit non video. pro Dom. 129. Fædere feriebantur prouinciarum. 3. V. 75. Instat, vt secuti ambo feriantur.

FERITAS, immanitas. (Mansuetudo animi. 1. Off. 157. Magnitudo animi remota communitate, coniunctioneque humana, feritas fit quedam & immanitas, pro Seft. 91. Eōsque ex feritate illa ad iustitiam mansuetudinemque transtulerunt. 3. Offic. 32. Feritas & immanitas belluæ in figura hominis. 1. de D. 60. Pars animi in qua feritas quedam sit & agrestis immanitas.

A D I V N C T. Humanæ, i. Offic.

Syntaxis. Feritas & immanitas.

FERME, ferè de Cl. 161. Vt eò nihil ferme quisquam possit adducere. 4. ad Her. 54. Hæc exornatio in conjecturali confititione causæ ferme semper necessaria est. ad Brut. 2. Mihi quidem gratia acta ferme est. 5. Tusc. 111. Sapientis enim cogitatio ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. 1. de Diu. 18. Quod

FER O, porto, gero. 2. de Leg. 67. Terra fruges fert. 8. Fam. 4. Ferre aliquid acceptum aliqui. Lege, Accipit A. s. Ferre in oculis: pro eo quod est amare, & charum habere. Oculis, ferre, gignere, parere, producere ferre, acceptum habere. 1. de Orat. 135. Illud quod eo quod intendas, ferat deducaturque, cognoscendum est.

COpinor, coniçio, spero. 2. At. 2. Nos, vt opinio, & spes, & coniectura nostra fert, tuni sumus. id est, vt opinamur, & speramus. coniçimus. de Clar. 36. pro Font. 29. 1. Fam. 9. pro Cl. 46. Vt opinio mea fert, pro Dom. 32. Plura dixi, quām aut opinio mea tulerit, aut voluntas mea.

Confutio, sancio, decerno, pronuncio statuendum. 2. P. 110. Ferre ad populum de aliqua re. 2. Off. 73. Pernicios etiam Philippus in Tribunatu cùm legem Agrariam ferret. Para. 4. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonæ de accessibus, exulares, pro Syll. 63. Nihil de iudicio ferebat, sed ponam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superioribus constituta. pro Cl. 147. Vos autem iudices de hominum fortunis sententiā fertis. 1. de Fin. 54. Vt P. Scæuola trib. pleb. ferrer ad plementem, vellent ne de ea re queri, &c. pro Cæl. 102. Deinde quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa, &c. 7. At. 6. Cū vt absens ratio haberetur, ferebamus. 8. 3. Pompeius contendit, vt decem tribuni plebis ferrent, vt absens ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua. * pro C. Cor. 1. dedit, an tulit, an rogauit, an horribus est legi. Ibid. Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu. ibidem. Qui suffragij ferundi causa conueniunt, cont. C. Anton. Quare præclaræ dicentur iudicia tulisse, si, qui inficiantem Lulium condemnarunt, Catilinam absolverint conscientem.

Traido, exhibeo. pro Dom. 46. Perditos homines de capite aliquius suffragium ferre. 1. Attic. 14. Idemque refert, vt viuens populus campo Martio suffragium de re Clodij ferat.

Patiens, tolero, perfero. 6. 3. Qui potentissimorum hominum potentiam nunquam tulerim, ferrem huius aſſclæ. 4. Tusc. 10. Modicè & immodicè ferre aliquid. 6. Fam. 1. Pacat & moderat ferre. 2. de Orat. 46. & 1. con. Rul. 18. Moderat ferre aliquid. id est, non intemperanter. 4. Famil. 1. 4. Modicè ferre aliquid. Lege, Modice de Senect. 1. Id & modestè & sapienter, sicut omnia, & ferre, & laturum esse certò scio. 1. Off. 90. Immoderat ferre res aduersas. 3. V. Mediocriter ferre aliquid. 6. At. 1. Clementer ferre aliquid. 4. 6. De Lentulo silicet fero vt debeo. 5. Fa. 16. Ferre aliquid grauitter. 1. Atri. 14. & 7. 8. Grauitter ferre de aliquo. 1. V. 54. Valde grauitter ferre aliquid. 1. At. 2. & 4. 16. Humaner ferre. id est, a quo animo. 1. Q. Fr. 1. Quām humanissime ferre perueritatem alicuius. 4. Att. 16. Bellè ferre aliquid. 1. de Diu. 73. & 4. Tusc. 59. Vt si quis agravè ferat se pauperem esse. 1. Att. 15. Agravat. Ibid. 1. 4. & 1. 26. Moleſte ferre. Postquam in Sen. 25. Quid impedit grauitter moleſteque laturos? 6. Atti. 8. Moleſte ferre de aliquo. Qu. Fr. Moleſtissime ferò. 6. V. 13. 1. Per moleſte nullisse. 4. Fam. 1. 5. Ferre aliquid fortiter. Ibid. 6. Toleranter ferre aliquid. 9. Atti. 4. Fortis ferre dolorem, ad Brut. 9. Ferre dolorem melius. pro Q. R. 16. & pro Cæl. 54. Leuitur ferre aliquid. 3. Qu. Fr. 9. Leuissime ferre aliquid. 5. Fam. 18. Quām leuissime ferre aliquid. de Senec. 3. Cato facile senectutem ferebat. pro Mil. 16. Quo tandem animo hoc tyramnum tulisse creditis? Ibid. 78. Timo, quoniam modo id factum feras. 10. A. 15. Timeret le dicunt, quonodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. pro Qu. 99. Ne per te ferat, quo minùs, &c. id est, ne per te stet. de Amic. 92. Obiurgari moleſte ferunt, moleſtiam capiunt, dolent. de Amic. 22. Aduersas res amicorum grauitter ferre. 5. Fam. 20. Att. 15. 25. A quo vel iniquo animo ferre. 9. A. 7. Is autem Senatus extinctum late atque insolenter tulit. 1. Famil. 8. Patienter ferre potentiam alicuius. 12. A. 20. Non ferrent, inquam, oculi Saxam, Caphonem. 10. P. 2. 1. & 8. 2. 8. Huius desiderium ciuitas ferre non potest. de Clar. 267. Sed cogitandi non ferebat laborem. 4. Acad. 7. Ferres me, si ego idem dicerem. 4. Tusc. 44. Qui ignominiam & infamiam ferunt sine dolore. 5. Attic. 1. nondum satis hue erat allatum, quonodo Cæsar ferret de autonate prescripta. 4. Famil. 5. Sanèque pro eo ac debui, grauitter moleſteque tuli. 13. Attic. 22. Mulieres autem vix humanae, quā inimico animo ferant. 9. 6. Nihil, inquam, ille minùs obscurè tulit: id est, pra se tulit. pro Clu. 54. Obscurè ferre aliquid. pro Planc. 34. Aperte ferre aliquid. 14. Attic. 13. Lexianum apertissime tulimus omnes. id est, ostendimus. 2. de Or. 46. Ferre sapienter casus aduersos. 2. Atti. 13. & 2. de Orat. 190. Neminem adhuc offendit, qui hæc tam lentè quām ego fero, ferret. 7. V. 125. & 2. de Orat. 144. A quo animo ferre atque conce-